2 Jo. Bapt. Pius in suâ ad Jo. Franciscum Marlianum equitem senatorem & jurisconsf. Mediolanensem civem præfatione dicit se hanc *editionem præcipitâsse*, & *unâ dieculâ annotatiunculas elucubrâsse, Hieronymo presbytero Asulano, divi Joannis Muri quem vocant hierodulo, qui ἀγαθῶν θάλασσα est; cujus industriâ & erogatione, Sidonii mille voluminum imprimitur.* Privilegio ducali hæc munitur editio : *Ludovicus Maria Sfortia Anglus, Dux Mediolani* &c. *Papiæ Angliæque Comes, ac Genuæ & Cremonæ dominus. Cùm industrius vir Joannes Pasiranus de Asulâ in hâc nostrâ urbe sit in præsenti daturus impressioni infrascripta volumina * magnâ suâ curâ & impensâ ab eruditis hominibus redempta, nobis supplicavit* &c. *Mediolani die nono Novembris. M. CCCC. LXXXXVII.*

3 Caille, p. 69. Extat inter libros, quorum notitiam à *Jacobo le Long* accepi.

4 Fabric. Bibl. Lat. p. 78. ex Beugh. p. 141. citat *Varronis de Ling. Lat. libros ex Pomponii Læti & Rholandelli recensione.* 4[to]. *Venet.* 1498. Sic PM. ex Giunt. &c. nel Giorn. de Letter. Tom. XXII. p. 394.

* Sidonius Apollinaris cum commentariis. Nonius Marcellus integer. Varro de linguâ Latinâ emendatus cum enarrationibus. Apicius de cibariis. Festus Pompeius cum appendicibus.

gantiarum; & nomina magistratuum dignitatúmque veterum Romanorum cum Judoci Clictovei commentariis. 1 Parif. 1498.

Les Prophecies Merlin: *pour Antoine Verard; l'an Mil IIII.CCCC. IIII.XX. XVIII.* fol°. Paris. 1498.

Sebaftiani Brant Stultifera navis in Latinum per Jacobum Locher cognomento Philomufum Suevum traducta: *operâ & promotione Gaufridi de Marnef, VIII. Martii.* 4to. Parif. 1498.

Eadem: *operâ Johannis Bergman de Olpe; Kl. Martii.* 2 4to. Bafil. 1498.

Johannis de Turrecrematâ Card. Meditationes pofitæ ac depictæ de ipfius mandato in Ecclefiæ ambitu S. Mariæ de Minervâ Romæ: *per Stephanum Planck de Patavià; XXI. Augusti.* 4to. Rom. 1498.

Stellarium Corone benedicte Marie Virginis, Libris XII: *impenfis Johannis Rymman.* fol°. Hagan. 1498.

Liber curæ Paftoralis divi Gregorii ad Johan. Epifc. Ravennat. in fole aureo vici Sorbonici Parrhifiis venalis habetur: *Pastorale fummâ diligentiâ emendatum in fole aureo vici Sorbonici Parrhifiis impreffum per Udalricum Gering & magistrum Berchtholdum Rembolt fociorum* [nota fyntaxeos anomaliam] *finem habuit die XVIII. Julii, anno Domini millefimo quadringentefimo nonagefimo octavo.* 3 4to. Parif. 1498.

Sancti

1 Hanc editionem, quamvìs non viderim, extitiffe tamen comperio ex editione per *Simonem Colinaum* anno 1521. cui præfigitur *Judoci Clictovei* ad *Theobaldum Parvum* apud *Lutetiam Parifiorum* anno nonagefimo octavo fupra millefimum & quadringentefimum datâ; ubi etiam ad Lectorem hæc habentur: —— *jam fecundus fupra vicefimum volvitur annus, ex quo hic liber primùm in lucem prodiit, ut epistola liminaris & nuncupatoria fatìs indicat.* At nescio, cujus authoritate fretus Antonius Orlandi p. 96. & 372. attribuat *Simoni Colinao*; & inter illius ævi typographos numeret (p. 258) eundem Colinæum; qui ante annum 1520. vix innotuit. Vide Annal. Typogr. Tom. II. part. pofter. p. 400.

2 *Thomæ Beccadelli Cymbri adolescentuli Epigramma.*

O cui posteritas nunquam debere negabit,
Olpe, hominum qui non fcripta perire finis.
Imprime confpicua divina Poëmata fama
Branti; divinâ hac condere mente folet.

PM. ex Bibl. Hohendorf. p. 220. *La Nef des fols du monde, par Seb. Brandt; avec des additions & des figures: chez Guillaume BALSARIN. à Lion.* 1498. *in fol.* Et ex Caille, p. 70. *Le même; par Geoffroy de Marnef. fol. Parif.* 1498. Hæc autem Parifienfis editio prodiit anno præcedente; fub quo ejus mentio facta eft. PM. præterea ex Catal. Paw. p. 206. & Schalbruch. p. 205. *Sebaftiani Brandt Varia Carmina.* 4to. *Bafil.* 1498. Qui liber (ut fufpicor) eft Stultifera Navis.

3 Ad calcem, Octastichon; cujus hi funt duo verfus ultimi:

Grates ergo dabis magnas Sculptoribus illis,
Gregorii doctos qui poliere libros.

Sancti Methodii martyris & episcopi Partinensis ecclesiæ provinciæ Græcorum opusculum divinarum revelationum ; compendium de vitâ Antichristi : *impressum Parisii à Guidone Mercatore, M.CCCC.XCVIII. XX Septemb. Pour Denis Roce.* Cum hôc dicto, *A l'aventure.* [1] 4to. Paris. 1498.

Boet. de Consolat. Philosoph. cum duplici commento sancti Thomæ & Ascensii ; Quintilian. de officio discipulorum cum Ascensii explanatione ; Boet. de Scholarium disciplinâ cum commento : *impress. per Johannem de Vingle, anno dni M. CCCC. XCVIII. die XX Aprilis.* [2] fol°. Lugd. 1498.

Petri Schotti Argentin. patritii juris utriusque doctoris, Oratoris & Poetæ lucubratiunculæ præcipuè Epistolæ : *impressa à MARTINO SCHOTTO cive Argen. sexto Nonas Octobres.* [3] 4to. . . . . 1498.

Opus Distinctionum Henrici Bouhic super quinque Decretalium libris, caracteribus impressum atque castigatum, quantum humanæ fragilitati possibile est, per celeberrimum utriusque juris monarcham Franciscum Josserandi urbis Lugdunen. officialem : *idq; arte impressoria Lugdun. per magistrum Johannem SIBERTI atq; impensis mgri Jacobi BUERI impressum anno labente incarnate deitatis M. CCCCXCVIII.* * fol°. Lugduni. 1498.

Jacobi de Partibus Explanatio in Avicennam ; 3 Volum. *Impress. Lugduni incipiente ac procurante Johanne Trechsel Alemanno artis impressorie peritissimo; cujus anima in pace quiescat; consummante autem Johanne Cleyn itidem Alemanno nec minus perito ; Anno Christiane pietatis millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, nono Kalendas Januarii.* [4] fol°. Lugd. 1498.

Alberti

1 PM. ex Bibl. Teller. p. 234. Orzel. p. 29. Oudin. Script. Eccles. Tom. II. col. 91. Labb. de Script. Eccles. Tom. II. p. 90. [Vide & Hallervord. Bibl. Curios. p. 271.] citat : *S. Methodii Martyris & Patarensis [Partinensis] Episcopi Divinas Revelationes seu Prophetias de novissimis temporibus, è Græco Latinè versas à Mich. Psello, editas verò à Sebastiano Brandt ; cum additionibus Wolffgangi Aytingeri & imaginibus : per Mich. Furter. 4o. Basil.* 1498. At Methodii Epistolas, quas Beugh. p. 95. [& ex illo Orland. p. 202.] *per Pantinum Gr. Lat. editas in 8vo. Antv.* 1498. scribit, prodiisse anno 1598. notat Fabric. Bibl. Gr. lib. 5. cap. 1. p. 257.

2 PM. ex Script. Ord. Prædicat. Tom. I. p. 344. memorat *Tractatum Boetii de Scholarium disciplinâ, cum expositione D. Thomæ Aquinatis. fol. Coloniæ.* 1498.

3 Cum insigni typographico arboris, & literâ *S* ; & his versibus ;

Quod minus est, supple : quod plus, abrade : quod hirtum,
Come : quod obscurum, declara : quod viciosum,
Emenda : à curis istis sint omnia sana.
PETRUS SCHOTTUS.

* Nescio, unde Orland. p. 185. & 389. pro nomine *Bouhic* substituerit *Poyle* : præsertim cùm Beughem. (ex quo plurima solet transcribere) verum nomen habeat. p. 34.

4 Hinc colligo Johannem Trechsel anno 1498. obiisse.

Alberti Magni liber primæ partis Summæ de quatuor coæquævis: *per Simonem de Luere impensis Andreæ Torresani de Ausulâ, 19 Decembris*, 1498. Ejusd. secunda pars Summæ de homine: *per eundem, impensis ejusdem, XVI Februarii.* fol°. Venet. 1498.

Apicius de re quoquinariâ: *impressus per Guilermum Signerre Rothomagensem, anno M. CCCC. LXXXXVIII. die XX Januarii.* 4to. Mediol. 1498.

Fulgentii liber mythologicus cum comment. Johannis Baptistæ Pii: *impress. per Ulderikum Seinzenzeler, XXIII April.* fol°. Mediol. 1498.

Historia antiquissima Dictys Cretensis & Daretis Phrygii: *in nobili urbe Messanæ cum eximiâ diligentiâ impressa per GUILLELMUM SCHONBERGER de Frankfordiâ Alamanum tertio decimo Kalendas Junii. M. CCCC. XCVIII.* 1 4to. Messan. 1498.

Pausaniæ historici Descriptio Atticæ, Latinè; Domitius Calderinus è Græco traduxit. Auctores vetustissimi nuper in lucem editi; Myrsilus Lesbius de origine Italiæ; Porcius Cato de originibus; Archilochus de temporibus; Metasthenes de Pers. Philo de temporib. Xenophon de æquivocis; Sempronius de chorographiâ Italiæ; Fabius Pictor de aureo sæculo; Antonini itinerarium; Berof. de antiquit. Italiæ; Manethonis supplement. ad Berof. Decretum Desyderii regis Italiæ: *Hos Vetustissimos auctores nuper repertos impressit Bernardinus Venetus, M. IID.* 2 4to. Venet. 1498.

Æmil. Prob. *impress. Jacobus Britannicus, M. CCCC. IID. XV. Calend. Octob.* 3 fol°. Brix. 1498.

Cicer. Offic. cum not. Pet. Marsi; de Senect. cum not. Omnib. Leoniceni; de Amicit. & Paradox. cum not. Philetici: *Parisiis, operâ Georgii Wolff & Thielmanni Kerver, millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo. XVIII Kalend. Decemb. Quæ omnia per Paulum Malleolum novissimè sunt exactè revisa & recognita.* 4 fol°. Paris. 1498.

Petrarchæ

1 PM. ex Fabric. Bibl. Lat. Suppl. II. p. 296. 297. & ejusd. Syllab. Script. de Ver. Relig. Christ. p. 253. affert, *Historiam Trojanam Daretis Phrygii, ex editione Johannis Maii Rombiltensis; cum Prudentii hymnis tribus, de Phase populi Israelitici, de miraculis Salvatoris nostri, de quiete & somno divino munere. in 4to. Lips.* 1498.

2 In hâc editione Venetâ (uti PM. & Fabric. Bibl. Lat. p. 878. observant) nulli sunt Annii Viterbiensis Commentarii; sed solus illorum, quos edidit, authorum textus. *Caii Semproni liber, de divisione Italiæ, & origine urbis Romæ: Venet. per Bernard. Venet.* 1498. quem PM. ex Gesner. Epit. p. 131. citat, in hâc editione continetur.

3 In figuris literarum numeralibus *M. CCCC. IID.* vel redundant *CCCC.* vel pro *D.* oportet reponere *C.*

4 In initio hæc leguntur; *DIEV GART LE ROY ET LA NOBLE CITTE DANGIERS ET VNIVERSITE. Venales reperiuntur in domo Joannis Alexandri librarii Andegavis in vico, Gallico vocabulo, A la chaussée sainct Pierre.* Adjicitur ibidem symbolica figura literas initiales Joannis Alexandri continens, & hanc vocem *BEBOVGNE*, quæ quid significet, minimè intelligo.

Petrarchæ liber de vitâ solitariâ : *impress. per Ulderichum Scinzenzeler, die XIII Augusti.* fol°. Mediol. 1498.

Pogii Florentini facetiarum liber : *impress. die XV Octobris.* [1] 4to. . . . 1498.

Matheoli Perusini tractatus artis memorativæ : *impressus à Martino Schotto cive Argen. quarto ydus Octobres, anno M. CCCC. LXXXX. octavo.* 4to. . . . 1498.

Domicii Palladii Sorani Epigrammatum libelli ; Elegiarum libellus ; Genethliacon urbis Romæ : *per Jo. Baptistam de Sessa Mediolanensem ; XVI. Maii.* 4to. Venet. 1498.

F. Baptistæ Mantuani adolescentia in eglogas divisa : *per Vincentium Berthocum Regiensem ; regnante Francisco Gonzagâ IIII. Mant. March.* [2] 4to. Mantuæ. 1498.

Guillermi Hermani Goudensis theologi ac poetæ clarissimi sylva odarum : *impress. operâ atq; impensâ Guidonis Mercatoris in campo Galliardo, M. CCCC. XCVIII. XIII Kalendas Februarias.* 4to. Paris. 1498.

Fratris Johannis Caron Marchyanensis ad Erhardum Bertotum opusculum tumultuarium [3] ; De creatione regiâ [4] : *impress. à Felice Baligault anno millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.* 4to. Paris. 1498.

3

Duytsche Psalm. [5] 8vo. Delft. 1498.

Missale secundum morem & consuetudinem ordin. S. Benedicti de observantia Bursfeldensi : *consummatum est hoc opus per honest. virum Petrum Drach civem & senatorem insignis civitatis Spirensis Anno dñi M CCCC XCVIII. III. Kal. Augusti ; exemplar emendante dño Joanne Tritemio abbate Spanhemense ejusdem ordin. Moguntine Diocesis.* [6] fol°. Spir. 1498.

Expositio

1 PM. ex Bibl. Menars. p. 387. citat *Poggii Florentini opera omnia edita in 4to. anno* 1498.

2 Id. ex Cat. Claramont. p. 179, *Bapt. Mantuani Bucolica. Argentor.* 1498. 4to. & ex Bibl. Baluz. p. 184. Wharton. App. ad Cav. p. 157. *Ejus libr. tres de Patientiâ. 4to. Lugduni.* 1498.

3 Initio libri, FELIX.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Est felix faustus cui sit fortuna secunda.

4 *Felix quem faciunt aliena pericula cautum.*

Felici monumenta die felicia felix
Pressit, & hac vicii dant retinentur nichil.

5 Frans Koerthen Cat. p. 30. n. 131.

6 Præfixa est ejusdem Jo. Trithemii epistola, in quâ rationem reddit suæ emendationis. Evolvit illud Bunemannus in Bibl. S. Mauric. & Simeon. ejusd. Ord. Benedict.

Expositio Mysteriorum Missæ. [1] 4to. Lipf. 1498.

Resolutorium dubiorum circa celebrationem Missarum per vener. Jo. de Lapide Doct. Theol. Parif. Ord. Carthuf. *Impress. per Henr. Quentel.* [2] 4to. Colon. 1498.

Joannis Moschii Prædicatoris in Ecclesiâ majori Basileæ Tractatus de Horis Canonicis. [3] Aug. Vind. 1498.

Alan. de Rupe de Psalterio Virg. Mariæ in Sueciâ. [4] . . 1498.

Johan. de Turrecrematâ Quæstiones Spirituales super Evangeliis totius anni ; tam de Tempore quàm de Sanctis. [5] 4to. Brix. 1498.

Fr. Pelbarti de Themesswar Ord. Min. Pomerium Sermonum de Tempore. [6] 4to. Hagan. 1498.

Franc. Mayronis Ord. Minor. Sermones de Festivitatibus Sanctorum & Christi & Apostolorum, de Virtutibus & Vitiis capitalibus, de Articulis Fidei, de Baptismo, de Humilitate, de Indulgentiis, de Corpore Christi, de Angelis, de Suffragiis defunctorum, de Pœnitentiâ, de Jejunio, de Judicio ultimo, de VII donis Spiritûs Sancti ; super *Pater Noster* & *Magnificat* &c : *per Jacobum à Pfortzen.* [7] fol°. Basil. 1498.

Oliverii Maillardi, Ord. Min. eloquentissimi præconis Sermones de Adventu [Tempore.] [8] 4to. Lugdun. 1498.

Bernardini de Bustis Rosarium : *per Georgium de Arrivabenis.* [9] 4to. Venet. 1498.

Hieronymi

1 Bibl. Roth. p. 31. n. 387.

2 Evolvit illud Bunemannus.

3 Hallervord. Bibl. Cur. p. 191.

4 Bibl. Mallinckrot.

5 Bibl. Kilmansegg. part. 2. p. 489. PM. ex Bibl. Baber. Tom. II. p. 483. Nic. Ant. Bibl. Hisp. Vet. Tom. II. p. 189. Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 839. Extat & in Ecclesiâ Hispalensi.

6 Bibl. Augustan. Reiser. p. 103. PM. ex Cat. Paw. p. 97. Olear. Bibl. Eccl. part. II. p. 67. Wharton. Append. ad Cav. p. 158.

7 Bibl. Roth. p. 31. n. 389. PM. ex Possev. Apparat. Tom. I. p. 586. Wharton. Append. ad Cav. p. 12. Olear. Bibl. Ecclef. part. I. p. 260. Oudin. Script. Ecclef. Tom. III. col. 746. Crovæus in Elencho Script. S. Script. p. 129. ne parle que du 1er. Article, non plus que le Cat. Bibl. Francof. p. 302. Ce moine & Nicolas Boneth son confrere & d'autres de cet Ordre ont pris à la lettre ces paroles de J. C. en Croix à la Vierge, *Ecce Filius tuus :* les entendant d'une Transsubstantiation du corps de St. Jean au corps de Christ. Nic. Eymericus, Jean Tinctor [dont parle Val. Andr. Bibl. Belg. p. 571. 572.] & un Dominic. de Dominicis ont écrit contre eux. Vid. Nic. Ant. Bibl. Hisp. Vet. Tom. II. p. 125. in *Eymerico.*

8 Cat. Gerh. Jo. Voff. p. 7. PM. ex Wadding. Script. Min. p. 270. Olear. Bibl. Eccl. part. II. p. 43. Wharton. ad Cav. p. 144. In Catalogo librorum à Jac. le Long mihi misso memorantur *Oliverii Maillard Sermones Dominicales : per Antonium Caillaut.* 4to. *Parif.* 1498.

9 Balth. Lydii Cat. 1. B. 4. n. 171. Sed pleniorem hujus libri notitiam mihi dedit Rever. Jos. Sparkes ex Biblioth. Wisbeck *Rosarium Sermonum predicabilium ad faciliorem predicantium commoditatem novissime compilatum. In quo quicquid preclarum & utile in cunctis sermonariis usque in hodiernum editis continetur : hic ingeniose enucleatum atque solerti cura collectum invenies.* ✠ *Incipit*

Hieronymi Savonarolæ Conciones in Exod. & Psalm. I. Italicè. [1] Florent. 1498.

Ejusd. Oratio, quam morti addictus ad Sacrum Christi Corpus habuit, die 23 Maii 1498; Italicè. [2] 4to. Florent. 1498.

Regole del viver Christianamente da fr. Hieron. Savonarolæ; in carcere conscriptæ anno 1498; ad instantiam Ergastularii & Desmophylacis, qui curam ejus agebat. [3] editæ in 4to. Florent. 1498.

Tractatus contra vitia. [4] 4to. Argent. 1498.

Trilogium Animæ sive de ejus potentiis, passionibus & habitibus; authore Ludov. Prutheno seu de Prussiâ Ord. Minor. *per Ant. Coburger.* [5] 4to. Nurenb. 1498.

Johannis Thauleri Sermones, dialecto Franconicâ versi. [6] 4to. Lipf. 1498.

Psalterium Hieronymi; Passio sive Legenda decem millium crucifixorum. [7] 8vo. Colon. 1498.

Transitus B. Hieronymi; quem præsertim tres Sancti, Eusebius, Augustinus & Cyrillus composuerunt, & omni statui proponunt ad piè vivendum. [8] 4to. Paris. 1498.

Johannis Brugmanni Ord. Min. Vita S. Lidwinæ, sive Lidwigis, Batavis *Lydtwydt*, virginis Sciedamensis. [9] 4to. SCIEDAMI. 1498.

Thom. a Kempis von Nachfolgung und Schmahung der Welt. [10] 4to. Augsp. 1498.

Johannis Raulini Ord. Cluniac. Oratio ad Capitulum generale de reformatione Cleri, benéque vivendi instituto; cum encomio auctoris

Incipit Rosarium Sermonum predicabilium per quadragesimam & totum anni circulum: editum per vite venerabilis religiosum fratrem Bernardinum de Bustis ordinis S. Francisci de Observantia predicatorem doctissimum. —— *Impressum Venetiis per Georgium de Arrivabenis sub anno dominice incarnationis* 1498. *pridie Kalendas Junias. Incipit secunda pars Quadragesimalis: editi per fratrem Bernardinum de Bustis Ordinis Minorum: ac verbi Dei predicatorem: quod Rosarium Sermonum appellatur.*

Facto fine pia laudetur Virgo Maria.

Finit compendium sermonum predicabilium quod Rosarium appellatur noviter editum per fratrem Bernardinum de Bustis ordinis Minorum: ac diligentissime per ipsum revisum & castigatum: Impressum vero Venetiis maxime cum diligentia per Georgium de Arrivabenis ab anno incarnationis dominice M CCCCLXXXXVIII. XVII. Kalen. Septembris.

1 Wharton. ad Cav. Hist. Litt. Eccles. p. 130.

2, 3 Ibid. & PM. ex Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 887. 888.

4 Bibl. Menars. p. 170. n. 211. PM. ex Bibl. Baluz. p. 400.

5 Cat. Ultraject. part. post. f. 16. Roth. part. 2. p. 11. n. 39. Extat & in Bibl. Publ. Cantab. PM. ex Wadding. Script. Min. p. 244. Possev. Appar. Tom. II. p. 42. Barber. Bibl. Tom. II. p. 252.

6 Cat. Seidel. p. 251. n. 306. PM. ex Bibl. Francof. p. 342.

7 Cat. Andr. Rivet. p. 76. n. 772.

8 Bibl. Menars. p. 188. n. 479.

9 Val. Andr. Bibl. Belg. p. 469. Hallervord. Curiof. p. 167.

10 Cat. Seidel. p. 381. n. 812.

ris per Seb. Brandt Syndic. Argent. *operâ Joan. Bergman de Olpe, XVI Julii.* [1] Basil. 1498.

Conradi Summerhart Calvens. Suevi, Tubing. Academ. primarii fundatoris & Theologi Oratio ad Patres in Capitulo Hirsaugiensi Ord. S. Benedict. de XII. abusibus monasticis. [2] 4to. *chartis quinque.* Tubing. 1498.

Mare magnum, in quo continentur Privilegia Ordini Prædicatorum concessa. [3] 4to. Colon. 1498.

Rabbi Samuelis Maroccani Epistol. de Messiâ. [4] 4to. Norib. 1498.

Petri Lombardi Libri IV. Sententiarum; cum conclusionibus M. Henrici Gorichem, & Concordantiis Bibliæ & Canonum, item Erroribus quibusdam revocatis, & Articulis, in quibus Magister communiter non tenetur: *operâ Nicolai Kesleri civis Basileensis.* [5] fol°. Basil. 1498.

Bonaventur. in 4. libros Sententiarum. fol°. Lips. 1498.

Alex. de Ales super Magistrum Sententiarum. [6] 4to. Papiæ. 1498.

Pauli Scriptoris Suevi Wilensis, Ord. Min. lectura & explanatio in primum Sententiarum Scoti librum. [7] Tubing. 1498.

Opus doctrinæ Scoticæ Patavii in Thomistas discussum sententiæ Philosophi maximè conveniens. [8] fol°. Venet. 1498.

Alberici Roxiati, seu de Rosate, Bergomensis, Dictionarium Juris tam Civilis quàm Canonici, plus 1800. additionibus à Joanne Francisco Deciano auctum. [9] fol°. Papiæ. 1498.

Pandectarum Tomi III. Digestum novum, vetus, & infortiatum, cum glossâ: *per Jacob. Suigum de Sto. Germano & Nicol. de Benedictis.* [10] fol°. maj. Venet. 1498.

Raymundi

1 Hallervord. Bibl. Curios. p. 197. Ex hâc rarâ oratione & editione multa exhibuit Flacii Catalog. Testium Verit. Auctarium. n. XXXI. p. 113. 114. Conf. Jo. Colner. in opere docto, quod vocat Chronologiam Papatûs, Corbach. a. 1675. excuso. PM. ex Olear. Bibl. Eccles. part. I. p. 405. Wharton. App. ad Cav. p. 126.

2 Bibl. Gesner. f. 155. Simler. p. 145. & Act. Erud. Lat. Lips. 1719. p. 468. PM. ex Possev. Appar. Tom. I. p. 383. Gerii App. ad Cav. p. 140.

3 Bibl. Menars. p. 174. n. 268. PM. ex Baluz. p. 188.

4 Bibl. Amerbach. p. 6. De eâ consule Bibl. Simler. p. 217.

5 Hallervord. Bibl. Cur. p. 322. PM. ex Cave Hist. Litter. p. 581. Olear. Bibl. Eccl. part. II. p. 81. Oudin. Script. Eccl. Tom. II. col. 1220. Lœscherus scribit *se tenere hunc librum*; cui dat titulum, *Henrici Gorichemensis Sententia.*

6 Bibl. Roth. p. 31. n. 390.

7 Hallervord. Bibl. Cur. p. 308. Bibl. Simler. p. 548. PM. ex Gesner. Bibl. f. 540. Gesner. Epit. p. 660. Possev. Appar. Tom. II. p. 230. Olear. Bibl. Eccl. part. II. p. 66. Wadding de Script. Minor. p. 274. en fait mal à propos deux auteurs, *Paulus Scriptor* & *Paulus Suevus*; à chacun desquels il donne un Comment. sur le I. des Sentences. Il est sûr que ce n'est qu'un seul & même homme, & qu'il ne s'agit là que du même ouvrage.

8 Cat. Philem. I. n. 78.

9 Bibl. Amerbach. p. 27. Bibl. Simler. p. 16. PM. ex Gesner. Epit. p. 18.

10 Hallervord. Bibl. Curios. p. 302.

Raymundi Summula de Sortilegis, Simoniâ, furto; rapinâ: *per Henric. Quentel.* [1] 4to. Colon. 1498.

Henrici Greve de OEtinger liber de injuriis & famosis libellis. [2] 4to. Lipf. 1498.

Bartholom. Cepollæ Consilia Criminalia. [3] fol°. Mediol. 1498.

Bartholom. Calucci Consilia. [4] fol°. Mediol. 1498.

Præpositi S. Ambrof. Comment. super Feudis & Appellationibus. [5] fol°. Venet. 1498.

Matthæi Sylvatici Mantuani Opus Pandectarum Medicinæ, seu Lexicon Medicum, ex variis authoribus, Græcis, Latinis, Arabibus &c: *apud Octav. Scotum.* [6] fol°. Venet. 1498.

Bernardi Gordonii, Montispessulani Professoris, Opera; inter quæ Lilium Medicinæ, seu Practica Medica. [7] fol°. *chartis 65.* Venet. 1498.

Joan. Michaëlis Savonarolæ Practica Canonica de febribus; & Summa de pulsibus, urinis, egestionibus, & balneis omnibus Italiæ; Tractatus item de vermibus: *apud Octav. Scotum.* [8] fol°. *chartis 70.* Venet. 1498.

Excellentiss. med. mgri Petri de Abbano opus de Venenis, mineralibus, vegetabilibus, animalibus, & quolibet ente sub sole in globo; per venerab. virum Wilhelm. Haldenhoff de Thorn. Art. & Med. doct. magni mgri Prussie div. ord. Theutonicorum physicum emendatum: *ere premendum curavit, quod arte suâ Jacobus Thanner Herbipolensis in opido Liptzen perfecit, XIIII. Julii, anno dni M. CCCC. LXXXXVIII.* [9] 4to. Lipf. 1498.

Chirurgia Guidonis, Bruni, Theodorici, Rogerii, Rolandi & Lanfranci. [10] fol°. Bergom. 1498.

Petri de Largelata Chirurgia. [11] fol°. Venet. 1498.

Authores Rei Rusticæ cum comment. Beroald. *apud Franc. Mazal.* [12] fol°. Regii. 1498.

Ciceronis

1 Cat. Pa. Merulæ. p. 8. PM. ex Cat. Meibom. p. 110.

2 Bibl. Kilmansegg. part. 2. p. 657. n. 3181.

3, 4 Cat. Reimer. p. 13.

5 Cat. Seidel. p. 403. & Ultraject. f. 28. & 43. PM. ex Cat. Ultraj. p. 31. *Baldus & Præpositus de Feudis. fol. Venet.* 1498. Bunemannus ex Seidel. p. 403. citat *De Castello Allegationes Juris. fol. Venet.* 1498. Quem puto esse *Joannem de Castello*; cujus mentio in Simler. Bibl. p. 353.

6 Fabric. ad Trithem. f. 137. Jo. Anton. vander Linden. p. 8. n. 272. PM. ex Mercklin. p. 794. Bibl. Lat. Fabric. p. 870.

7 Bibl. Gesner. f. 145. & Simler. p. 98. PM. ex Gesner. Epit. p. 117.

8 Bibl. Simler. p. 396. PM. ex Gesner. Bibl. f. 458. & Epit. p. 473. Mercklin. p. 648. Et *Ejusd. Practica de ægritudinibus à capite usque ad pedes: apud Octav. Scotum. fol. Venet.* 1498. ex Mercklin. ibid.

9 Buneman. & PM.

10 Bibl. Nic. Heins. p. 162. n. 125.

11 Cat. Ultraject. f. 53.

12 Hanc editionem citant Buneman. & PM. ex Bibl. Menars. p. 41. n. 476. Vidi equidem

Ciceronis Opera. [1] fol°. Mediol. 1498.
Proverbiorum Libellus, authore Polydoro Vergilio, cum præfatione ejusdem ad Guid. Ubaldum Urbini Ducem : *impress. Venetiis per mag. Christoph. de Pensis, Anno salutis nostræ M. CCCC. LXXXXVIII. die X. Aprilis.* [2] 4to. Venet. 1498.
Reineck Voss. [3] Lubec. 1498.

4

S. Thomæ Aquinatis Commentaria in Epistolas D. Pauli : *impensis Octav. Scoti, per Bonet. Locatell.* 22 *Decemb.* [4] fol°. Venet. 1498.
Augustini Strozzæ, Canonici Lateranensis, de Raptu Pauli libri duo,

equidem *Regiensem* 1499. quam memorat Fabric. Bibl. Lat. p. 21. Idem Fabric. in Supplem. p. 20. habet etiam 1498. quam Orland. p. 193. scribit *sinè typographi nomine Regii* prodiisse. Idem Orland. p. 194. ex *la Caille* p. 43. transcribit *Jun. Pompon. Fortunat. ad Hortalum Columellæ Interpr. per Franciscum de Mazalis. fol°. Regii.* 1498. & p. 351. *Junii Pomponii Fortunati Interpretationes ad Hortalum Columellæ : per Dionysium Bertochi. fol. Regii.* 1498. An verò hic liber eodem hôc anno ex duorum illorum typographorum officinâ Regii emissus est? Quis autem ille *Junius Pomponius Fortunatus*, quis sit *Hortalus Columellæ*, non satis intelligo; nisi suspicer esse *Julii Pomponii Fortunati* in Columellæ *hortulum*, sive carmen de hortis, interpretationem, quæ unà cum Columellâ reliquisque Rei Rusticæ authoribus lucem vidit.

1 Hanc Ciceronianorum Operum Editionem (cujus varios tractatus à Fabric. Bibl. Lat. p. 92. 108. 120. seorsim memoratos citant Bunem. & PM.) Alexander Minutianus Mediolani procuravit; de quâ agam sub anno 1499. nam annum utrumq; 1498. & 1499. editioni typographus adscripsit. Bene autem observat PM. in illâ unâ editione varios illos tractatus colligi; & præterea adjicit hanc notam : On assure dans le Journal des Savans Dec. 1725. p. 603. que la premiere Edition, qui ait paru d'un recueil de toutes les œuvres de Ciceron, est l'édition de Milan en 1498; que cette édition est en quatre grands volumes in folio; qu'elle est très-belle, & d'une si grande rareté, que la plûpart de ceux, qui ont fait un detail des differentes Editions de Ciceron, n'ont point fait mention de celle-ci, ou en ont parlé superficiellement, sans paroitre l'avoir vûe. Bunemannus ex Cat. Pa. Terharii. B. 4. n. 186. 187. & ex Cat. Commelin. *Stephan. de Urbib. Græcè : apud Aldum. fol°. Venet.* 1498. *Jul. Polluc. Vocabular. Græcè : apud Aldum. fol°. Venet.* 1498. *Vitam Æsopi Græcè. 4to. Venet.* 1498. PM. ex Bibl. Wittian. p. 234. & Marckian. p. 193. *Apollonii Rhodii Argonauticon libri IV. Græcè, literis majusculis, cum Commentariis Græcis. 4to. Florentiæ.* 1498. Sed in illis omnibus editionibus est numerorum vitium (quale PM. notat apud Bibl. Joh. Georg. Græv. p. 154. *Luciani Opera Græcè. fol°. Florentiæ.* 1498. pro 1496.) nam *Steph. de Urbib.* & *Jul. Poll.* non prodierunt ante ann. 1502. & *Apollon. Argonautic.* vulgata sunt 1496. Quod attinet *Æsopi vitam*, eam non credo Græcè sinè fabulis prodiisse. Vita autem ejus & fabulæ Græcè emissæ (quarum suo loco fiet mentio) nullum impressionis annum produnt.

2 Possideo, *ait Bunemannus*, hoc rarissimum exemplar; ex quo demonstrari potest falli eos, qui putant plagium commisisse Polydor. Vergilium in exscribendo Erasmo Roterodamo. Imò errat ipse Erasmus [*Vid. Annal. Typogr.* Tom. II. p. 367. 368.] qui putat neminem posse editionem antiquiorem ann. 1500. proferre. Confer Edit. Londin. Erasm. Epistol. lib. 17. Ep. 3. f. 748. & lib. 26. Ep. 63. f. 1483.

3 De hôc opere Eccardus in Præfat. ad Leibnitii Collectanea Etymolog. p. 50. &c.

4 PM. Orland. p. 36.

duo, ex Patribus & Scholasticis collecti. [1] Mantuæ. 1498.

Petri de Herentals, Ord. Præmonstrat. Catena, five Comment. in Pfalmos. [2] 4to. Rutling. 1498.

Jacobi Perezii, Erem. August. Expofitio in Canticum Canticorum; Quæstionis finalis discuffio, utrum folus Christus fit metrum & menfura & largitor omnium bonorum, & reparator humanæ naturæ: *per Ascenfium.* [3] fol°. Parif. 1498.

Mammotrectus, five Dictionarium Vocabulorum Biblicorum. [4] 8vo. Venet. 1498.

Tractatus Reprobationis fententiæ Pilati: *impreff. Parifius per Johannem Treperel commorantem fupra pontem nostre dñe ad interfignium divi Laurentii, anno falutis M. CCCC. XCVIII. die vero XV. menfis Novembris.* [5] 4to. Gothic. Parif. 1498.

Le Mistere de la Paffion de nostre Seigneur, en vers; *ad finem Prologi*; Cy commence le Mistere de noftre Sauveur Jefus Chrift, avecques les additions & corrections faictes par le tres eloquent & fcientifique docteur maiftre Jean Michel; lequel mistere fut joué à Angiers triumphamment, & dernierement à Paris l'an mil quatre cens quatre vingts & dixhuit: *A lonneur & a la louange de noftre Seigneur Jefu Chrift & de la Cour de Paradis a este imprimee cette prefente Paffion, par le Petit LAURENS, pour honorable homme Jehan Petit libraire de luniverfite de Paris, demourant en la rue S. Jaques, ou pend pour enfeigne le Lyon dargent.* [6] fol°. Gothic. Paris. 1498.

Eufebii Pamphili Demonstrationis Evangelicæ libri è Græco Latinè verfi à Bernardino Donato Veronenfi [*& non* par George de Trebizonde, *comme le dit Mr. Du Pin, qui en eft repris par Mr. Fabricius*] dicatíque Paulo III. Romano Pontifici. [7] fol°. Rom. 1498.

[L] Miffale Romanum, emendatum per Petr. Arrivabenum: *apud Juntas.* [8] fol°. Venet. 1498.

[L] Miffale Ecclefiæ Pictavienfis: *apud Jo. Higman.* [9] fol°. Paris. 1498.

[C] Miffale fecundùm ufum Sarum: *per Julian. Notaire & J. Barbier.* fol°. Lond. 1498.

Horæ

1 PM. ex le Long, Bibl. Sacr. p. 977.
2 Id. ex Oudin. Supplem. p. 657. 658. Olear. Bibl. Ecclef. part. II. p. 79. Wharton. App. ad Cav. p. 54.
3 Id. ex Wharton. Append. ad Cav. p. 121. Olear. Bibl. Ecclef. part. I. le Long. Bibl. Sacr. p. 898. Et ex Eod. Ibid. *Ejusdem idem opus. fol. Venetiis.* 1498.
4 Id. ex Eod. p. 845.
5 Id. Vide fub ann. 1496.
6 Id.
7 Id. ex Fabric. Syllab. Script. de Verit. Relig. Chrift. p. 76. Il y a là quelque mal entendu: une édition de 1498. ne pouvant être dediée à ce Pape.
8 Id. ex Bibl. Teller. p. 155.
9 Id. ex Eâd. p. 156.

Horæ ad usum Sarum: *per Philippum Pigouchet.* [1] 8vo. Paris. 1498.

[L] Missale Ambrosianum: *per Leon. Pachel.* fol°. Mediol. 1498.

[L] Heures à l'usage de Rome avec figures: *chez Thielman Kerver.* 8vo. Paris. 1498.

Devotes Heures à la Bien-heureuse Vierge, en rimes. [2] 8vo. Paris. 1498.

Breviarium secundùm dispositionem Cathedralis Ecclesiæ Lugdunensis. [3] fol°. Lugd. 1498.

Bernardini de Senis Sermones: *per Nic. Kesler.* [4] fol°. Basil. 1498.

Homiliarius Doctorum, seu Opus Homiliarum & Postillarum in Evangelia per totum anni curriculum. [5] fol°. Basil. 1498.

Nic. de Blony, seu Plonii, Sermones de Tempore & Sanctis. [6] Argent. 1498.

Bernard. de Bustis Mariale, sive Conciones de B. M. Virgine. [7] fol°. Argent. 1498.

Quadragesimale magistri Bartholomæi de Pisis, Ord. Minor. de contemptu mundi, sive de triplici mundo, sensibili, microcosmo, & archetypo: *impressum per magistrum Ulderícum Scizenzeler, anno Domini M. CCCC. LXXXXVIII.* [8] 4to. Gothic. Mediol. 1498.

Michaëlis Lochmayeri Parochiale Curatorum. [9] Hagen. 1498.

Magistri Henrici de Hassiâ Secreta Sacerdotum, per Michaelem Lochmayer. correcta: *per Melchior. Lotter.* [10] 4to. Lips. 1498.

Via Salutis edita in subsidium Presbyterorum: *Explicit liber, qui vocatur Via salutis Presbiterorum, impress. Lugd. per magistrum Guilhermum Balsarin; anno Dñi M. CCCC. XCVIII. die vero XXVIII mensis Novembris.* [11] 4to. Gothic. Lugd. 1498.

Manuale Confessorum metricum, unà cum defensorio Privilegii quat. Ord. Mend. super audientiâ confessionum &c: *impressum per me Hermannum Baumgart de Reswich civ. Colon. anno M. CCCC. XCVIII. in Martio.* [12] 4to. 364 *paginis.* Colon. 1498.

Refutatorium Errorum Savonarolæ: *apud Jacobum Abiegnum.* [13] Lips. 1498.

Guillelmi

1 Id.
2 Id. ex Labb. Bibl. Nov. p. 358. n. MCLXXXV.
3 Id. ex Bibl. Baluz. p. 5.
4 Lœscherus dicit esse in suis libris.
5 PM. ex Bibl. Bentes. p. 20.
6 Id. ex Bibl. Bodl. p. 93. Gerii App. ad Cav. p. 91.
7 Id. ex Bibl. Barber. Tom. I. p. 201.
8 Id.
9 Id. ex Oudin. Script. Eccl. Tom. III. col. 2369. Bibl. Bodl. p. 406. Gerii App. ad Cav. p. 146.
10 Id. ex Bibl. Teller. p. 51.
11 Id.
12 Id.
13 Lœscher. ex Mullero, p. 15.

Guillelmi Parisiensis Sermones. [1] fol°. . . . 1498.

Nicolai de Orbellis Ord. Min. Expositio in Sententiarum libros: *per Johannem Richard pro Felice Balligault.* [2] fol°. Paris. 1498.

Dionysii Cisterciensis liber in IV. Sententiarum: *venundatur Parisius à Ponceto le PREUX in vico Divi Jacobi sub intersignio Potti Stagnei.* Ad calcem; *In almâ Parisiorum Scholâ per Johannem Higmannum & Wolfgangum Hopylium, Artis formulariæ socios; anno ab Incarnatione D. N. Jesu Christi* 1498. *die 6. Februarii.* [3] fol°. Paris. 1498.

S. Thomæ Aquinatis Opuscula LI. à fr. Paulo Soncinate Ord. Præd. collecta & edita. [4] Venet. 1498.

Ejusd. Opuscula LXXIII. curante Antonio Pizamano patritio Veneto, qui Sti. Thomæ vitam præfixit: *per Bonet. Locatellum impensis Octaviani Scoti.* [5] fol°. Venet. 1498.

Ejusd. Quæstiones Quodlibeticæ. [6] fol°. Venet. 1498.

Ejusd. Comment. in IV. librum Sententiarum. ** fol°. Venet. 1498.

Angeli de Clavasio, Ord. Min. Summa Angelica, sive de Casibus Conscientiæ. [7] fol°. Norib. 1498.

Baptistæ Trovamalæ, Ord. Min. Summa Casuum Conscientiæ, quam Rosellam vocant: *per Gregorium de Arrivabenis.* [8] 4to. Venet. 1498.

Alberti Magni Paradisus Animæ, seu de virtutibus Animæ libellus: *per Henr. Quentel.* [9] 4to. Colon. 1498.

Samuelis de Cassinis, Ord. Min. Quæstio copiosa de immortalitate Animæ, dedicata Lud. Sfortiæ Duci Mediolanensi. [10] Mediol. 1498.

Antonii Trombetæ Patavini Ord. Min. Tractatus de humanarum Animarum pluralitate [*Orland. p.* 36. plurificatione *Bibl. Barber. Tom. II. p.* 479. *Quam vocem Læscherus transformavit in* purificatione] contra Averroistas: *per Bonetum Locatellum; XXV. Octob.* [11] fol°. Venet. 1498.

Rob.

1 PM. ex Bibl. Bigot. p. 13. Beugh. p. 70. & Orland. p. 210. habent *Gulielmi Episcop. Parisiens. Tractat. super Passionem Christi. Hagenoa.* 1498.

2 PM. ex la Caille. p. 70.

3 Id. ex Repliques de l'Université de Paris aux Libraires &c. p. 7.

4 Id. ex Oudin. Script. Eccles. Tom. III. col. 296. Quoique Mr. Oudin assure positivement, qu'il n'y a que LI. Opusc. dans cette édition, il y a apparence, qu'il la confond avec la suivante.

5 Id. ex N. Vigner Theatre de l'Antichrist, Indice, p. ee 7. Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 342. *Extat etiam apud Dominic. S. Honorat. Paris.*

6 Id. ex Cat. Bibl. Francof.

** Id. ex eod.

7 Id. ex Wharton. App. ad Cav. p. 127. Olear. Bibl. Eccles. part. I. p. 55.

8 Id. ex Wadding. Script. Min. p. 47.

9 Id. ex Cave Hist. Litt. p. 639. Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 178.

10 Id. ex Wadding. p. 814. Soprani Scritt. dell Ligur. p. 252.

11 Id. ex Wharton. App. ad Cav. p. 157. Olear. p. 70.

Rob. Gaguini libellus de Conceptione Virginis Deiparæ adversus Vincentium de Castro Novo, prosâ & carmine; cum passione S. Richardi, & aliis opusculis: *Typis Badii.* [1] 4to. Paris. 1498.

Johan. Trithemii Liber de triplici regione claustralium, & spirituali exercitio monachorum. [2] 4to. Mogunt. 1498.

Jacob. de Erford Carthus. de erroribus & moribus Christianorum: *Et* de difficultate Salvandorum. [3] 4to. Lubec. 1498.

Johan. Gerson. libri de Consolatione Theologiæ. [4] 4to. Lips. 1498.

Ludolphi Saxonis Ord. Prædic. Vita Jesu Christi, ex Evangelistis & Ecclesiæ Doctoribus. [5] Venet. 1498.

Vitæ Patrum, of 't Vaders Book. [6] folo. Delft. 1498.

Martyrologium Romanum [Usuardi] editore Bellino à Paduâ Augustiniano. [7] Venet. 1498.

De salute Aristotelis liber. [8] OPPENHEIMII. 1498.

Alphonsi Spinæ, Ord. Min. Fortalitium Fidei. &c. [9] folo. Norib. 1498.

Abiosi Trutina rerum cœlestium & terrestrium. [10] Tarvis. 1498.

Henrici de Frimariâ seu Vrimariâ in Thuringiâ, Augustiniani, liber de quadruplici Instinctu, Divino, Angelico, Diabolico, Mundano; & liber de deliciis Paradisi. [11] 8vo. Venet. 1498.

Petri Reginaldeti Speculum finalis Retributionis. [12] 8vo. Venet. 1498.

Henrici de Segusiâ Card. Ostiensis Expositio super Libr. IV. Decretalium. [13] folo. Venet. 1498.

Bernardi

1 Id. ex Val. Andr. Bibl. Belg. p. 796.
2 Id. ex Cat. Meibom. p. 110.
3 Id. ex Cat. Francof.
4 Id. ex Bibl. Ittigian. part. I. p. 128.
5 Id. ex Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 568.
6 Id. ex Bibl. Ultraj. p. 28.
7 Id. ex Fabric. Bibl. Græc. Tom. IX. p. 37.
8 Id. ex Bayl. Diction. ad vocem *Aristote* [R].
9 Id. ex A. Miræi Script. Sæculi XVI. p. 123. Simon. Bibl. Critiq. Tom. III. p. 317. Oudin. Script. Eccl. Tom. II. col. 2574. Mr. Wolfius en doute, Bibl. Hebr. Tom. II. p. 1123.
10 PM. ex Burchel. Catalog. Script. Tarvisin. ad voc. *Lud. Ponticus.*
11 Id. ex Elf. in Encomiast. Augustin. n. 276. Bibl. Barber. Tom. I. p. 412. [ubi legitur *Firmaria*]. Wharton. App. ad Cav. p. 27. Oudin. Script. Eccles. Tom. III. col. 911. Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 741. Et *Bartholomæi Rimbertini Ord. Præd. Episc. Coronensis liber de sensibilibus deliciis Paradisi respectu omnium exteriorum sensuum Corporis humani in Patriâ extractus è tractatu fr. Johannis de Tambaco ejusd. ord. correctus per A. de Alemaniâ; cum Henrici Ord. Præd. tractatu seu libro de quadruplici Instinctu, Divino, Angelico, Diabolico & Humano.* 8vo. *Venetiis*, 1498. ex Bibl. Barber. Tom. II. p. 301. Possev. Appar. Tom. I. p. 733. Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 835. où on ne parle que du premier.
12 Id. ex Bibl. Barber. Tom. II. p. 277.
13 PM. ex Cave Hist. Litt. p. 640. Olear. Bibl. Eccles. part. I. p. 326. Du Pin Bibl. Eccles. XIII. Siecle. p. 272.

Bernardi Compostellani Presbyteri Casus Longi super Decretales. [1] fol°. Argent. 1498.

Felini Sandei Ferrariensis Commentarii in V. libros Decretalium. 2. Vol. [2] fol°. Venet. 1498.

Benedicti de S. Beni Comment. super Decretales. [3] fol°. 1498.

Disputatio inter Clericum & Militem super Potestate Prælatis Ecclesiæ atque Principibus terrarum commissâ; & compendium de vitâ Antichristi. [4] 4to. Paris. 1498.

Joannis Zuffati Epistola de origine ac dignitate Cardinalium. [5] 4to. . . . 1498.

Censuræ Ecclesiasticæ Synodales Colonienses. [6] 4to. Colon. 1498.

Joannis Alcock, Episc. Eliensis, Galli Cantus ad Curatos & Sacerdotes in Synodo apud Barnwell. [7] 4to. . . . 1498.

Laur. Magni Normanni, Ord. Min. Apologia pro Fratribus Minoribus de Familiâ Sti. Francisci: *apud Sylvestrum RAMBURITRUM.* [8] Rothomagi. 1498.

[VEL] Infortiatum: *per AYMONEM de PORTA.* fol°. Lugduni. 1498.

Philippi Cornæi, Juris-consulti Perusini, Commentarius super sexto Codicis. [9] Papiæ. 1498.

Johan. Andreæ, J. C. Bononiensis, lectura super arboribus consanguinitatis & affinitatis. [10] fol°. Lips. 1498.

Antonii de Rosellis Disputatio in materiâ Legitimationum. [11] fol°. . 1498.

Jacobi de Alvarotis Interpretatio in usus Feudorum. [12] fol°. Papiæ. 1498.

Joh. Bertachinus de Gabellis, Tributis, & Vectigalibus. [13] fol°. Venet. 1498.

Rolandini Opera, cum expositionibus Petri de Boaterris. [14] fol°. Venet. 1498.

Angeli de Ubaldis Responsa. [15] fol°. Paris. 1498.

Peregrina, seu Peregrina Glossa Bonifaciana, à compilatore Bonifacio

1 Id. ex Gesner. Epit. p. 116. Possevin. Appar. Tom. I. p. 216. Oudin. Script. Eccl. Tom. III. col. 246. & Supplem. p. 527. Olear. Bibl. Eccles. part. I. p. 127. Nic. Anton. Bibl. Hisp. Vet. Tom. II. p. 44.

2 Id. ex Wharton. App. ad Cave, p. 142. Olear. Bibl. Eccles. part. II. p. 152.

3 Id. ex Cat. Bluet. p. 9.

4 Id. ex Bibl. Baluz. p. 216. & Bibl. Bodl. p. 32. pour le dernier traité.

5 Id. ex Bibl. Bultell. p. 376.

6 Id. ex Bibl. Baluz. p. 188.

7 Id. ex Bibl. Bodl. p. 17.

8 Id. ex Wadding. Script. Min. p. 236.

9 Bibl. Simler. p. 572. PM. ex Bibl. Gesner. f. 536. Epit. p. 690.

10 Id. ex Bibl. Francof. p. 18.

11 Id. ex B. Erhenc. p. 17.

12 Id. ex Cat. libr. Jurid. P. Kuhtzii. A 2.

13 Id. ex Bibl. Francof.

14 Id. ex Cat. libr. Jurid. P. Kuhtzii. D 2.

15 Id. ex eod. D 7.

facio Lusitano Ulyssipontensi; sive Index Juris Legum Conclusionúmque glossatarum ab isto Bonifacio: *Exactum absolutúmque hoc præclarum atque insigne Opus* Peregrina, *mandato, operâ & impensis LAZARI de GAZANIS sociorumque; impressum per nos, Mainardum Ungut Alamannum. & Stanislaum Polonum, socios, anno Incarnationis Salutiferæ MCDXCVIII. die XX. Decembris.* [1] fol°. grandi volumine. 1498.

Texte des anciennes coutumes du Pays d'Anjou & du Maine &c. *le 4. Fevrier.* [2] Paris. 1498.

Ordenanças Reales para los Pleytos Civiles y Criminales. [3] fol°. 1498.

Hugonis Bentii Senensis in Aphorismos Hippocratis, & Commentaria Galeni, resolutissima expositio; adjectis in margine Principalium quorundam decisivis summariis multísque aliis Notationibus. [4] fol°. Venet. 1498.

Johannis Sermonetæ Comment. super Aphorism. Hippocratis & Technen Galeni. [consule Simler. Bibl. p. 415.] [5] fol°. Venet. 1498.

Turisani Comment. in Galenum. [6] fol°. Venet. 1498.

Riceptario di Doctori dell arte & di medicina del famosissimo Collegio Fiorentino: *impresso nella inclyta cipta di Firenze per la compagnia del DRAGHO a di XXI. di Genaio M. CCCC. LXXXXVIII. ad instantia delli Signori Chonsoli della Universita delli speciali el segno della quale si pone in questa presenta charta.* [7] fol°. Firenz. 1498.

Henrici de Saxoniâ, Alberti Magni discipuli, liber de Secretis mulierum: *per Antonium Sorg.* [8] Augusț. 1498.

Simonis Pistorii, Lips. Medici, Positio de malo Franco: *per Marc. Brandt.* [9] 4to. Lips. 1498.

De la cura de la Piedra, y dolor de la Hijada, por Guliano Gutierres, Toletano medico de los Reyes de España: *en Toledo en la imprenta de Pedro HAGEMBACH Aleman, MCDXCVIII.* [10] fol°. Toleti. 1498.

Libro de la menescalia, composto por lo noble messer Manuel Diaz, Majordomo del molt alt & poderos Princep & victorios Signior Don Alonso Re de Ragona, en lenguage Catalaño; y traduzido

1 Id. ex N. Ant. Bibl. Hisp. Vet. Tom. II. p. 200. & 228.
2 Id. ex Rippier Pref. de la Conf. des Cout. de Paris & d'Anjou. p. 53. 55.
3 Id. ex Cat. Billaine. Libros Espan. p. 81. Libr. Espar. 1679. p. 17.
4 Id. ex Mercklin. p. 471.
5 Id. ex eod. p. 682.
6 Id. ex Bibl. Bigot. p. 32.
7 Id.
8 Bibl. Simler. p. 280. PM. ex Gesner. Epit. p. 332.
9 Id. ex Mercklin. p. 471.
10 Id. ex Nic. Anton. Bibl. Hisp. Vet. Tom. II. p. 222.

do en Castellano por Martino Martinez Damples. [1] fol°. en Saragossa. 1498.

B. Platinæ de honestâ voluptate, valetudine, opsoniis, & arte coquinariâ libri X. [2] 4to. Venet. 1498.
Et [3] Bonon. 1498.

Textus abbreviatus Aristotelis: *apud Felicem Balligault.* [4] Paris. 1498.

Magni Hund de Magdeb. Lipsiensis Professoris Compendium totius Logicæ: *impressit Martinus Herbipolensis.* [5] Lips. 1498.

Pauli Pergulensis Logica. [6] Venet. 1498.

[L] Janua Logicæ & Physicæ: *per magistrum Guillermum Balsarin, 5. Octob.* 4to. Lugd. 1498.

Alberti Magni Metaphysicorum libri XIII: *apud Octav. Scot.* [7] fol°. Venet. 1498.

Aristotelis Parvorum Naturalium Textus, Latinè, cum Commentario ex Alberti Magni doctrinâ collecto per Johannem de Mechliniâ: *apud Henricum Quentel.* [8] fol°. Colon. 1498.

Alphonsi de Albukerque Commentaria in parva Naturalia Aristotelis. [9] fol°. 1498.

Thom. Aquinas de Principiis rerum Naturalium. [10] 4to. Lips. 1498.

Ejusd. Comment. in libros Aristotelis de Generatione & Corruptione, cum eorum textu: *per PETRUM LIECHTENSTEIN.* [11] fol°. Venet. 1498.

Gaetanus de Thiennis Vincentinus in libros Aristotelis de Cœlo & Mundo. [12] fol°. Venet. 1498.

Expositio textualis probatissima in octo libros Physicorum Aristotelis, ex omni granario naturalis philosophie, maxime tamen ex preclarissimis commentariis Sti. Thome Aquinatis, per ven. Mag. Lambertum de Monte S. Pagine Profess. Coloniensem: *exculta industriosissime Minerve sarculo elaborataque Colonie opera atque impensis Henrici Quentel, anno*

1 Id. ex eod. p. 182.
2 Id. ex Bibl. Heins. p. 245. & Cat. Claramont. p. 178.
3 Id. ex Wharton. App. ad Cave, p. 124.
4 Id. ex la Caille, p. 70.
5 Bibl. Simler. p. 465. PM. ex Gesner. Epit. p. 559. Et ex eod. ibid. uti & Simler. loco citato, *Ejusd. Hunt Expositio in Donatum secundùm viam doctoris sancti; Lipsiæ excusa à Conrado Kachelofen.* 1498.
6 Id. ex Bibl. Barber. Tom. II. p. 188.
7 Id. ex Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 172.
8 Bibl. Simler. p. 395. PM. ex Bibl. Thuan. Tom. II. p. 11. Gesner. Epit. p. 472. Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 182. Val. Andr. Bibl. Belg. p. 534.
9 Id. ex Bibl. Thuan. Tom. II. p. 23.
10 Id. ex Cat. Paw. p. 184. Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 338.
11 Id. ex Gesner. Bibl. f. 617. Epit. p. 792. Spach. Nomencl. Philos. p. 618. Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 284. 287.
12 Id. ex Cat. Meibom. p. 51. Bibl. Francof. p. 188.

anno a Virginali partu M. CCCC. XCVIII: cujus virginitatis nativitate extremam psenserat manum. [1] fol°. Gothic. Colon. 1498.

Compilatio Commentariorum Lamberti de Monte in octo libros de Physico Auditu. [2] 4to. Colon. 1498.

Cebetis Tabula, Latinè, Interpr. Lud. Odaxio., cum Comment. Joh. Camertis. [3] 4to. Parif. 1498.

Apuleii opera. [4] fol°. Vicent. 1498.

Xenocratis de Morte liber, Latinè, interpr. M. Ficino. [5] Parif. 1498.

Subtilissimi Anglici doctoris Suiseth Calculationum liber per egregium Artium & Medicinæ doctorem mag. Jo. Tollentinum Veronensem emendatus: *per Franciscum Gyrardengum; die 4. Januarii.* [6] fol°. Gothic. Charact. Papiæ. 1498.

Petri Cirvelli Darocensis Hispani Commentarius in Sphæram Joannis de Sacro-Busto, cum Petri de Aliaco in eundem quæstionibus. [7] fol°. chartis 42. Parif. 1498.

Almanach perpetuum, sive Ephemerides Planetarum perpetuæ: *apud Petrum de Lichtenstein.* [8] 4to. Gothic. Venet. 1498.

Joh. Regiomontani Ephemerides incipientes ab anno 1473. *ed. Joh. Lucilio Sandritter.* [9] 4to. Venet. 1498.

Compotus manualis ad usum Oxoniensium, cum commento: *liber Compoti, cum Commento, finit feliciter; impressus Parisiis pro Johanne Petit commorante in vico Sti. Jacobi ad intersignium Leonis argentei; Anno Domini MCCCCXCVIII.* [10] Parvo fol°. Gothic. Parif. 1498.

Mich. Reinspek Lilium Musicæ planæ. [11] 4to. Aug. Vindel. 1498.

Pomponii Læti Compendium Historiæ Romanæ, ex recensione M. Antonii Sabellici: *per Bernardinum de Vitalibus Venetum.* [12] 4to. Venet. 1498.

[C] Des-

1 Id.
2 Id. ex Cat. Meibom. p. 181.
3 Id. ex Bibl. Bodl. p. 152. & Baluz. p. 146. 216.
4 Id. ex Fabric. Bibl. Lat. p. 520. Oudin. Script. Ecclef. Tom. III. col. 2760.
5 Id. ex Bibl. Bodl. Tom. II. p. 263.
6 Orland. p. 189. PM. ex Cat. Billaine. Chil. IV. p. 6. & Bibl. Gallois. n. 966.
7 Bibl. Simler. p. 555. PM. ex Bibl. Gesner. f. 547. Gesner met mal 1468. mais cela a été corrigé par ses abbreviateurs. Vid. Voff. de Scient. Mathem. p. 374. Labb. de Script. Eccl. Tom. II. p. 182. Wharton. App. ad Cav. p. 56. In Labb. Nov. Bibl. *p. 253. n. DCCCCXCIII. Petri de Alliaco Card. commentum Sphæræ Mundi. fol. Paris.* 1498.
8 PM. ex Cat. Bibl. Lugd. Bat. p. 244. Bodl. p. 229. Thevenot. p. 59. Bigot. p. 171.
9 Id. ex Cat. Francof.
10 Id. ex Indic. Vet. Edit. Jo. Mori.
11 Id. ex Cat. Francof. At videtur reponendum *Keinspeck.* Vid. sub ann. 1500.
12 Hanc editionem malè retuleram ad ann. 1489. pro ann. 1499. quo hunc librum editum vidi, nisi forsan memoria me fefellerit; nam Fabric. Bibl. Lat. Suppl. p. 554. primam agnoscit ann. 1498. & PM. ex Giorn. de Letter. d'Italia. Tom. XXII. p. 314.

[C] Description of England, Wales, Scotland, and Ireland: *per W. de Worde.* fol°. Westm. 1498.

Les Chroniques de France abregées. [1] 4to. Paris. 1498.

Les Annales & Chroniques de France, de l'origine des Francois, & de leur venüe es Gaules, faites jadis brievement par Nicole Gilles, secretaire du Roy Louis XII. avec la suite des Roys & Princes des Gaules jusqu'au Roi Charles VIII. *par Trepperel.* [2] fol°. Paris. 1498.

Ordonnance de messire Pierre d'Urfé, Grand Escuyer de France, pour l'enterrement & obseques du Roy Charles VIII. que Dieu absoille. Epitaphes des Roys de France Loys XI. & Charles VIII. L'Epitaphe du feu Roy Charles VIII. avec la piteuse complainte de Dame Chretienté sur la mort du dit Roy. Le Sacre du Roy Loys XII. faict à Rheims en 1498. L'entrée du Roy en sa bonne ville de Paris, & le soper, qui luy fut faict au Palais en 1498. Les Joustes faictes à Paris en la rue St. Antoine, huict jours aprés l'entrée du Roy Loys XII. en 1498. & quelques autres pieces, toutes imprimées en Gothique, & audit tems. [3] 4to. . . . 1498.

Le Cry des Monnoyes faict & publié dans la cité de Paris l'an de Grace 1498; *imprime au dit tems.* [4] 4to. . . . 1498.

Epistola Alani Aurigæ de Detestatione Belli Gallici, & Suasione Pacis; Ejusdem Invectiva contra ingratum amicum; & Ejusdem epistola ad Universitatem Parisiensem post egressum Regis Caroli. [5] 4to. Paris. 1498.

Homer. de Bello Trojano, Latinè. [6] 8vo. Paris. 1498.

Plauti Comœdiæ, cum not. Petri Vallæ & Rob. Saraceni. [7] fol°. Venet. 1498.

Martialis Xenia & Apophoreta. [8] 4to. Lips. 1498.

Ciceronis Epistolæ ad Familiares, cum commentario Hubertini Clerici, Martini Philetici, & in Epistolas ad Lentulum Spintherem argumentis Georg. Merulæ. [9] fol°. Venet. 1498.

Franc. Philelphi epistolarum Familiarium libri XVI. [10] fol°. Venet. 1498.

Caroli Meynigken Epistolæ. [11] 4to. Colon. 1498.

Jacobi Wimphelingi Philippica, seu Dialogi VI. pro Institutione filiorum Philippi Electoris Palatini. [12] Argent. 1498.

Marsilii

1 PM. ex Bibl. Baluz. p. 336. Labb. Nov. Bibl. p. 346. n. DCCLXVII. & le Long, Bibl. Hist. de France. n. 7488.

2 Id. ex eâd. n. 7433.

3, 4 PM.

5 Id. ex Bibl. Baluz. p. 463.

6 Id. ex Bibl. Bigot. p. 54. n. 8009.

7 Id. eâd. p. 41. & Catal. de le Mercier. p. 40.

8 Id. ex Fabric. Bibl. Lat. Suppl. p. 743.

9 Id. ex eod. p. 124.

10 Id. ex Bibl. Bodl. part. II. p. 53. & Pope Blount. Cens. Auth. p. 472.

11 Id. ex Bibl. Ittigian. part. I.

12 Id. ex Wharton. App. ad Cav. p. 144.

E

Marsilii Ficini Florentini Opuscula, de Sole & Lumine, de Religione Christianâ, de vitâ sanâ & longâ, de vitâ cœlitus comparandâ; & Apologia pro libro de Magiâ. [1] Venet. 1498.

Aurelii Brandolini Lippi Florentini Augustiniani, de ratione scribendi, libri III. Paradoxorum Christianorum libri II. De vitæ humanæ conditione, & tolerandâ corporis ægritudine Dialogus ad Matth. Corvinum Hungariæ Regem. [2] Basil. 1498.

Elegiarum liber de amoribus Chryseæ & Philochrisii: *per Thielman Kerver.* [3]. 4to. Paris. 1498.

Amasei Panegyricus in laudem Cardinalis Grimani. [4] 4to. UTINI. 1498.

Johannis Reuchlini Phorcensis Progymnasmata Scenica, seu Ludicra Præexercitamenta varii generis: *impressum opus per me Johannem Bergman de Olpe, Anno Domini* 1.4.9.8. NIHIL SINE CAUSA. [5] parvo 4to. nitid. charact. . . . 1498.

Petri Hœdi sacerdotis Portusnaensis liber de Amoris generibus, sive Anteroticorum libri tres: *apud Gerardum de Flandriâ.* [6] 4to. Tarvis. 1498.

Guarini Veronensis regulæ Grammaticæ. Institutiones Grammat. per Bartholom. Philalitem. 4to.

Differentiæ vocum excerptæ ex Laur. Vall. Non. Marcell. & Serv. ab Antonio Nebrissensi. [1] 4to.

Marini Becichemi Scodrensis variarum observationum collectanea. fol.

Andreæ Guarnæ Salernitani Bellum Grammaticale. 4to.

Vocabularius ex summâ Januensis *Catholicon* dictâ & Huguitione & Papiâ præsertim excerptus. fol.

Boni Accursii Pisani epistola; Marliani index locorum in commentar. Cæsar. Bell. Gallic. & nominum, quæ ei prisca nostráque ætas indidit. [3] 4to.

Octavii Cleophili Fanensis libellus, de cœtu poëtarum; & Epistol. 4to.

Francisci Philelfi conviviorum Mediolanensium libri. 4to.

Baptist. Guarin. ad Maffeum Gambaram Brixianum discipulum suum de ordine docendi ac studendi. 4to.

Bartholom. Platynæ dialogus de flosculis Linguæ Latinæ. 4to.

Laur. Vallæ Dialecticæ Libri tres. Logica Beat. Augustini. 4to.

Anton. Sabellici Annotationes in Plinium. Phil. Beroaldi Annotationes contra Servium. Angel. Politiani Miscellanea. fol.

Nic. Perotti ad Franciscum Guarinum Episrola de Plinii in Nat. Hist. ad Vespasian. Epistolâ. Cornelii Vitellii ad Parthenium Benacensem Epistola. [4] fol.

Nic. Perot. de generibus metrorum. Omnib. Leoniceni de Vincentiâ Libellus de arte metricâ. Marii Servii Centimetrum. 4to.

2 LIBRI

autem in *Moschopuli* fine (quod in Libris Græcis ante 1500. excusis perraro occurrit) erratorum indicem: cujus specimen hìc subjiciam.

Τὰ ἐν τῇ γραμματικῇ εὑρισκόμενα σφάλματα ἐν ταυτῇ παρέχονται τῇ σελίδι καὶ τινες ἐπισημειώσεις.

Ἐν τῷ πρώτῳ φύλλῳ τοῦ πρώτου τετραδίου ἐπὶ τοῦ δευτέρου καταβατοῦ ἐν τῷ δωδεκάτῳ στίχῳ τὸ ἑξῆς δασυντέον. Ἐν δὲ τῷ τρὶς καὶ δεκάτῳ τὸ κατα περαιοῖ περισπαστέον μόνον.

Ἐν τῷ ἑβδόμῳ φύλλῳ τοῦ πρώτου ἐν τῇ δευτέρᾳ σελίδι. κατὰ τὸ τέλος λείπει ὦ Δημοσθένεες καὶ Δημοσθένεις. &c. &c.

1 Eodem Charactere, quo *Christof. de Cremonâ* ÆL. ANTON. *Nebriss.* Grammaticam Latinam impressit ann. 1491. 4to.

2 Dedicatur *Antonio* CONTARENO.

3 Hunc Librum *Accursius* dicat Comiti *Johanni Francisco* TURRIANO Ducali Quæstori.

4 De hâc *Vitellii* Epistolâ priùs dictum est ad ann. 1500. ubi PEROTTI *Cornucopiæ* fit mentio.

2

Libri Anni Indicio destituti.

S^{ti.} Hieronymi Epistolæ, duobus voluminibus; charectere Gothico, & satis pulchro, minuto; binis columnis; ad calcem primi voluminis, Aristeæ historia de LXX. interpretibus, Latinè à Palmerio versa; ad calcem secundi, *VINCIT VERITAS. IA. RV.* fol°. impress. ut puto, *per Jacobum Rubeum.*

Divi Augustini sermonum opera: *nuper summâ curâ & diligentiâ Udalrici Gering & mri Berchtoldi Rembolt sociorum quam emendatissimè impressa apud solem aureum in vico Sorbonico Parisius venalia comperies; quorum nomina hic annotata sunt. Ad fratres in heremo sermones LXXVI. De verbis Domini, LXIIII. De verbis Apostoli, XXXV. In epistol. Joann. prim. X. Homiliæ populares quinquaginta. In Evang. Joann. tractatus CXXIIII. De tempore Sermones CCLVI. De Sanctis, LI.* fol°. Pari.

S^{ti.} Hieronymi expositiones in Hebraicas Quæstiones super Genesim, necnon super 12. prophetas minores & 4. majores: *per Z. G.* fol°. . . . .

Sermones LXIII. sancti Bernardini de Senis ordinis fratrum minorum de charitate sive de Evangelio æterno: *impressi per Nicolaum Kesler.* fol°. Basil.

Jacobi de Voragine Sermones de Sanctis: *per Johannem Westfalie.* fol°. Lovan.

Tractatus Johannis Nider ord. prædicatorum de morali leprâ; & quatuor novissima [cum signaturis tantùm]: *impressum est præsens opus, quod vocatur* Cordiale quatuor novissimorum, *per me Bartholomeum de Unckel.* 4to. *& admissum & approbatum ab almâ universitate* Coloniensi.

Treatyse of true love and wisdome. [1] *per Caxton.* 4to. Westm.

The

[1] *Treatyse of the seven points of true love and everlasting Wisdome drawn out of the book which is written in Latyn and cleped* Orologium Sapientiæ. *Emprinted at Westmynster.*

Qui legit emendet pressorem non reprehendat Wyllelmum Caxton: cui deus alta tradat.

Here begynneth a lytill shorte treatyse that tellyth how there were seven maysters assembled togydre everychone asked other what thynge they myghte best speke of that myghte plese god, and were moost profitable to the people. And all they were accorded to speke of Trybulacyon.

W. [mark] C.

A compendious abstracte translate into Englysshe out of the holy rule of saynte Benet for men and wymen of the habyt thereof. Thus endeth this present boke composed of diverse fruytfull matters. Emprynted at Westmynster by desiryng of certeyn worshipfull persons.

The lyf of the holy and blessid vyrgyn saynt Wenefryde. Thus endeth the decollacion, the lyf after, and the translacion of saynte Wenefrede virgyn and martir, which was reysed after that her hede had be smyton of the space of XV yere reduced into Englysh *by me William Caxton*. After that follows a service in Latin for the solemnity of S. Winifred. charactere Gothico minutiore. fol°. . . . .

Il bellissimo & utile tractato contra il peccato della lingua per frate domenico chevalcha davico pisano frate predicatore: *finit per Nicholaum Florentie. Deo gratias Amen.* * fol°. Florent.

Le Legende de tutti li sancti & le sancte dalla Romana Sedia acceptati & honorati: *impresse per maestro Nicolo ienson Franzose regnante Sixto quarto pontifice maximo; & Pietro Mozenigo inclyto duce de Venetia.* ** fol. . . . .

Manipulus Curatorum: *per Henricum Quentel.* fol°. Colon.

Richardi de mediâ villâ ordinis fratrum minorum opus super libro 4to. Sententiarum: *per Christoforum.* [nempe, ni fallor, *Christoforum de Pensis*; de quo vide ann. 1489. & 1499.] fol°. Venet.

Porphyr. Isagog. & Aristotel. Organ. Latinè: *exaratum per magistrum Udalricum Gering.* fol°. . Parisius.

Aristotel. Ethic. ad Nicomach. Latinè, interprete Joanne Argyropylo Byzantio: *finit per me Nicolaum* [ut opinor, *de Lorenzo*; vide ann. 1481. 1485. 1478.] fol°. Florentiæ.

Traductio nova problematum Aristotelis ad Nicolaum Quintum Pontificem per Theodorum Gazes Grecum per particularum divisionem: *Mantuæ hoc summi philosophorum pricipis Aristotelis pblemata novam ad Nicolaum quintum pontificem secundum traductionē per Theodorum Gazes græcum illustrissimo pricipe & domīo Domino Lodovico de Gonzagha Marchione ibidem tunc regnante per Johannem Vurster de Compidona & Johannē Baumeister socios volumen impressum finit fœliciter.* [1] fol°. Mantuæ.

Leber, qui dicitur Mensa Philosophica: [ad calcem] *Presens liber, quem Mensam Philosophicam vocant, unicuique perutilis compendiose pertractans inprimis quid in conviviis pro cibis & potibus sumendum est; deinde qui sermones in illis secundum exigentiam personarum habendi sunt, & que questiones discutiende, que insuper facetie sive joci inserendi, feliciter explicit; impressus Lovanii per me Johannem de Westfalia.* Deinde sequitur

* Hic Nicolaus imprimebat anno 1478.

** Licèt annus expressis verbis non indicetur, facilè constat ex Petri Mocenici ducatu hunc librum anno 1474. exeunte vel 1475. ineunte prodiisse. Petrus enim Mocenicus anno 1474. ducatum iniit, nec eo diutius quàm menses quatuordecim functus est. *Ricciol. Chronolog.*

1 Johannes Vurster imprimebat anno 1475. sed loci nomen non adjicitur [Vide Annal. Typograph. Tom. I. pag. 113.]. Lodovicus de Gonzagha obiit anno 1478. 12 Jun.

ſequitur eodem ipſiſſimo charactere, *Regimen ſanitatis Salernitanū, necnon mgri Arnoldi de nova villa feliciter incipit.* Regimen Salernitanum habet commentarium inſertum; at verſus non diſtinguuntur. *Incipit liber de conſervatione corporis ſeu de regimine ſanitatis compoſitus per magiſtrum Arnoldum de nova villa.* [ad calcem] *Explicit regimen ſanitatis compoſitum ſeu ordinatum a magiſtro Arnoldo de villa nova Cathalano omnium medicorum viventium gemma.* 8vo. Lovan.

Petri de Crescentiis civis Bononienſis opus ruralium commodorum: *hoc induſtrioſo caracterizandi ſtylo ad cunctorum utilitatem omnipotentis Dei ſuffragio impreſſum eſt in domo Johannis de Weſtfaliâ.* fol°. alma ac florentiſſima in univerſitate Lovanienſi.

Geographia di Francisco Berlinghieri Fiorentino in terza rima & lingua Toscana diſtincta con le ſue tavole in varii ſiti & provincie ſeconda la Geographia & diſtinctione de le tavole di Ptolomeo; allo illuſtriſſimo Federico duca d'Urbino: *impreſſo in Firenze per Nicolo Todeſcho & emendato con ſumma diligenza dallo auctore.* fol. Firenz.

Eliæ Caprioli Chronica de rebus Brixianorum ad Senatum populúmque Brixianum: *opus diligenter impreſſum per Arundum de Arundis, hortatu & auſpicio Franciſci Bragadeni Urbis & Agri prætoris, juſtitiâ, pietate, & ſapientiâ integerrimi.* fol. Brixiæ.

Pandulphus Collenucius Piſaurenſis juriſconſultus pro Plinio adverſùs Nicolai Leoniceni accuſationem: *per Andream Gallicum.* [1] 4to. Ferrar.

Florus. 4to. cum præfatoriâ Philippi Beroaldi epiſtolâ, in quâ ſcribit ſe emendâſſe hunc librum *rogatu Stephani Coralli.* [qui anno 1473. impreſſit Parmæ.]

Geſta Romanorum, cum quibuſdam aliis hiſtoriis eiſdem annexis ad moralitates dilucidè reducta, hic finem hnt, diligenter correctis aliorum viciis: *impreſſit Johannes de Weſtfalia.* 4to. *alma in univerſitate* Lovanienſi.

Sextus Rufus: impreſſ. *Sixtus Rueſinger.* 4to. [qui anno 1471. impreſſit Neapoli].

Cai Plinii Oratoris Veronei de viris illuſtribus libellus: *Sixtus Rueſinger.* 4to. . . . .

P. Oroſii Hiſtoria: *per Leonardum.* [2] fol°. Baſileæ.

Cicer.

[1] *Ut ſeſe oſtendat populos defenſus in omnes*
Plinius, & teneat quem ſolet ante locum.
Ferraria Andreas Belfontis Gallicus iſtud
Praſtitit impreſſi codicis officium.

[2] Cum his carminibus, quæ, mutatis typographi & urbis nominibus, eadem omnino ſunt, ac illa quæ leguntur in aliâ Pauli Oroſii editione; de quâ priùs in Catalogo præcedente inter libros anni indicio deſtitutos.

Ut

Cicer. Offic. cum comment. Pet. Marsi : *per Johannem de Westphaliâ.* fol°. Lovan.

Laudinii equitis Hierosolimitani ad Francinum Beltrandum comitem Latina epistolarum magni Turci traductio : *G. F. T.* [id est, ut conjecturam facio, *Girardus de Flandria, Tarvisii.* cujus mentio in Annal. Typograph. Tom. I. pag. 90. not. h.] 8vo. . . . .

Pistole di Luca de Pulci ; opere del Thibaldeo da Ferrara : *impresso a petitione di ser Piero Pacini da Pescia.* [cum insigni piscis]. 4to. in Firenze.

Junii Juvenalis Aquinatis Satyræ : *per Jacobum de Fivizano.* 1 4to. Venet.

Ejusdem eædem cum tribus commentis Domit. Calderini, Georg. Merulæ, necnon Georg. Vallæ : *per Symonem Bevilaqua Papiensem.* fol°. Venet.

Ovid. de remed. amor. cum comment. *apud vicum citharæ per Philippum Pigouchet commorantem in domo collegii de dainville.* 4to. Parisii.

Donati grammatici fabularum breviatio Ovidii nasonis elegans & succincta : *GRATIAS ALTISSIMO DEO. Petrus Mauser normanus Rothomagensis civis.* [De quo vide Annal. Typograph. Tom. I. pag. 83.] 4to. . . . .

M. Antonii Sabellici libri sex de Utini & Aquileiæ origine ac vetustate ; carmen in munitionem Sontiacam, in cædem Sontiacam, in Carnicum incendium, in naufragantem divi Petri cymbam, de artium inventoribus, in natalem diem virginis Mariæ, in ejus progeniem, ad Nazareth ejus solum natale, de ejus virginitate &c. *per Antonium.* 2 4to. . . . .

Franc. Mar. Grapald. de partib. ædium : *Angelus Ugoletus Parmensis impressor.* [De quo ann. 1493.] 4to. Parm.

Sulpitii Verulani opus grammatices : *Richard Pynson.* 4to. . . .

LIBRI

Ut ipse titulus &c. *tradidit non alteri,*
Leonarde, quàm soli tibi ;
Leonarde, nomen hujus artis & decus,
Tuaq; laus Basileæ.
Quodsi situm orbis &c.

Vix dubitandi locum esse arbitror, quin hic Leonardus idem fuerit, qui *Leonardus Achates* vocatus excudit Virgilium ann. 1472. de quo supra.

1 Hujus Jacobi mentio data est ann. 1477. in Annal. Typograph. Tom. I. pag. 127. Hæc Juvenalis editio Romano charactere excusa nullas habet reclamantes, signaturas, ciphras. Punctum interrogandi notatur sic [ʳ]. Ad calcem carmina hæc ;

Octo bis Satyras Juvenalis perlege aquini
Scripsit quas Jacobus are notante manu
De Fivizano : Veneta sed doctus in urbe :
Jampridem Luna patria clara tenet.
Solve preces solve quicunq; volumina cernis :
Maxime qui pauper porrige vota deo.

2 *Antonii Sabellici carmen.*

Cacia quem mater gelidas Anienis ad undas
Ædidit, atq; pater cui Jovianus erat ;
Cui Cocceia domus, vatum pia turba Sabellum
Quem vocat, hanc Marcus condidit historiam.
Ast opus eximiâ buliens Antonius arte
Imprimit, Avenio quem generosa tulit.

Libri Anni, Loci et Typographi Indicio destituti.

Concordantiæ Bibliorum; Gothico charactere; absque ciphr. signatur. reclam. [1] fol°.

S^ti. Cypriani Opera; Gothic. charac. fol°.

Epistolæ centum & viginti una, non omnes tamen Sancti Hieronymi, sed ad præsens opus necessariæ; cum epistolâ Aleriensis. fol°.

Beati Leonis papæ sermones & epistolæ; cum præfixâ Johannis Aleriensis epistolâ. [2] fol.

Liber Encheridion beati Augustini. [3] 4to. vel 8vo.

Ejusd. expositio Psalterii in tres quinquagenas divisa; tribus voluminibus; Gothic. charact. fol°.

Fratris Nicolai de Lyra ordinis minorum Postille super quatuor Evangelistas. fol°.

Hugonis de prato florido sermones Dominicales super Evangelia & Epistolas. fol°.

Roberti de Litio opus Quadragesimale. fol°.

Fratris Hieronymi Savonarolæ Ferrariensis ordin. Prædic. triumphus Crucis; [cum signaturis tantùm.] fol°.

Processus Belial; Processus Luciferi contra Jesum coram judice Solomone; [cum signaturis tantùm]. 4to.

Boninus Mombritius de Vitis sanctorum; duobus voluminibus; duabus columnis; charactere Romano & pulchro: cum signaturis tantùm. fol°. [4]

Legenda

1 *Cuilibet volenti requirere concordantias in hôc libro unum est primitus attendendum, videlicet quod cum in primis concordantiis, quæ dicuntur concordantiæ Sti. Jacobi quodlibet capitulum in VII particulas distinguitur secundum VII primas literas alphabeti, videlicet a. b. c. d. e. f. g. in isto opere per eundem modum & in totidem particulas distinguuntur capitula longiora in VII partes æquales, capitula vero breviora tantum in partes quatuor distinguuntur, videlicet in a. b. c. d. ut breviori capitulo in quatuor partes æquales diviso* A *primam contineat partem*, B *vero secundam* &c. [Ad calcem] *Expliciunt Concordantiæ fratris Conradi de Alemania.* Lege, quid de Concordantiis scripserit Chevillerius, *L'Origine* de l'imprimerie de Paris. pag. 131, 132, 133, 134.

2 Sinè notâ anni, loci aut typographi. Character autem non patitur dubitare, quin hæc editio Romæ ex Udalrici Galli prælo, non ante annum 1470. nam in eâ Joannis Aleriensis epistola ex Sweynheym & Pannartz editione recusa est, &, si non hôc anno, non fortè multò pòst, prodierit.

3 Ex similitudine characterum vix dubito, quin hic liber à Johanne Fust impressus fuerit.

4 Hanc editionem Reverend. & Clariss. Jacobus le Long in epistolâ, quam, dum viveret, ab ipso accepi, describit his verbis. *Le principal Ouvrage, que* Mombritius *ait publié, est son Recueil des Vies de Saints, qui est sans titre, si ce n'est qu'il commence par une table alphabetique des noms des Saints, dont il rapporte les legendes, selon laquelle elles se trouvent imprimées dans son recueil. Cette table est ainsi exprimée*, Tabula in sequens

Legenda Sanctorum, alias Lombartica Hystoria quam composuit frater Jacobus nacione Januensis ordinis fratrum predicatorum; charactere Gothico, columnis duabus: Et ad finem; *Explicit Lampartica hystoria Sanctorum.* fol°.

La Legende Dorée en Francois. Gothico charactere, cum ciphris & signaturis. fol°. Paris.

Marsilii Ficini de Christianâ religione. 4to.

Sententiarum libri quatuor. fol°.

Bonaventuræ ordinis minorum opus super 4. libros sententiarum; tribus voluminibus. fol°.

Nova compilatio Decretalium Gregor. IX. cum glossis. fol°.

Vincentii Belvacensis ordinis prædicatorum Speculum doctrinale, historiale, morale, naturale; quinque voluminibus; charact. Gothic. fol°.

Boeth. de Consol. Philos. cum signaturis; sed charactere (ut mihi videtur) antiquissimo. 4to.

Galeotti Martii Narniensis libri duo de homine; sinè ciphris, signaturis, reclamantibus; literis inæqualiter locatis. [1] fol°.

Singularia

quens Sanctuarium. *Le dernier mot pourroit servir de titre à l'ouvrage, car on n'en peut trouver un autre, qui l'indique. Cette table contient tous les noms des Saints des deux volumes, & contient 12. pages. Ensuite au folio recto on lit,* Boninus Mombricius Mediolanensis magnifico viro splendidissimoq; equiti aurato D. Cicho Simonetæ illustrissimorum & excellentissimorum Ducum Mediolani Secretario S. p. d. *Cette espece de dedicace est suivie de 14. * vers elegiaques, dans lesquels on ne lit rien d'historique. Il y en a une seconde de même espece au lecteur;* ad quemcunque lectorem. *Le caractere de ces deux volumes est beau; il est rond: pour toutes divisions il n'y a que le point, & les deux points. Il y a des petites capitales: mais pour les grandes, on indique la lettre fort petite dans l'espace vuide. Il y a des æ & des œ; des signatures au bas des pages; mais il n'y a ni chiffres ni reclames. La facture du papier est fort bonne. Le second tome commence par la table de ce qu'il y a dans ce volume, quoique cette partie se voye dans la table generale, qui est au devant du premier. A la fin du second il y a 20. vers elegiaques de Mombricius à Cicho Simonete, qui ne contiennent rien d'historique.*

1 Periodus exprimitur sic [✠] & Colon sic [∓].

* *Ciche salus regum, Latiæ moderator habenæ,*
Quiq; mei tutor sis sine labe ducis;
Ciche potens rerum, rerum quo cardine postes
Claudere nunc aditum, nunc aperire solent;
Tu potes optata mundo commercia pacis
Reddere, tu validâ cogere bella manu.
Tum Mars Italiæ vacat, Erigoneâque cœlo
Saturno rursus cum sene lapsa redit.
Est aliquid quod te legisse per otia malim,
Sanctorum vitas, maxima gesta virûm.
Invenies aliquid quod & invenisse juvabit:
Nil Cicho fateor dignius esse meo.
Nil petimus, quàm quòd nostro sis blandus amori,
Et Mecœnatem me coluisse feras.

Singularia in causis criminalibus excellentissimi juris monarchæ dñi Ludovici de Roma prodita ut sunt atque ordinata secundum ordinem titulorum qnti libri Decretalium per dum Laurentium de Pallaczoliis juris utriusque Padue doctorem famosissimum; item Pii secundi Pont. Max. de mulieribus pravis, cum quibusdam excerptis ex Lactantii institutionibus, Prudentio, Juvenali, Bernardo, Alexandreïdis libro quinto &c. Ejusdem Pii de laude & epitaphiis virorum illustrium compendiosus & delectabilis tractatus; (E. G. Virgilii; *Pastor*, *Arator*, *Eques* &c. Ciceronis, *Largus & exundans* &c. *Ingenio* &c. *Sanguine causidici* &c. ex Juvenal.) Gothico largiori charactere; sinè ciphris, signaturis, reclamantibus. fol°.

Plutarchi problemata, Latinè, Calphurnio interprete. 4to.

Tractatus Senecæ de 4. Virtutibus; tres orationes habitæ in Senatu Atheniensi de Alexandro recipiendo vel repellendo; epistola Bernardi Silvestris super gubernatione rei familiaris; invectiva Pogii in Laurent. Vallam; invectivæ 4 Tullii in Catilinam; tractatus Guarini Veronensis de differentiâ viri amici & adulatoris; invectiva Pogii ad Ant. Luscum in hypocritas & delatores; invectiva Leonardi Aretini in hypocritas; summa Joannis Andreæ super 4to. Decretalium; declaratio arboris consanguinitatis secundùm Jo. An. Tractatus successionum; de origine nobilitatis; Pogii de infelicitate principum; Æn. Sylvius de miseriis curialium. (sinè ciphr. signat. reclam.) 8vo.

Itinerarium Joannis de Hese presbyteri Trajectensis diocesis presbyteria Jerusalem describens. 4to.

Thucydid. Latinè, Laur. Vallâ interprete. fol°.

Xenophontis Cyri-pædia, Latinè, interprete Franc. Philelpho. fol°. *

Salluft. Catilin. & Jugurth. [Ad calcem] *Salustius finit feliciter. A∴ R∴* [1] fol°.

Lucii Annei Flori Romane historie libri quatuor; charactere Romano parvo, & satis bello. [2] fol°.

Justini Epitome; & Florus. [3] fol°.

Florus;

* *Huic autem Cyri-pædiæ idem Franciscus Philelphus eques auratus laureatúsque poëta extremam imposuit manum Mediolani ad XI. Kal. Octobres, anno à Natali Christiano M CCCC LXVII.*

1 His literis designatur forsan *Adam Rot:* [de quo vide ann. 1471.] aut *Arnoldus* (scil. Pannartz) *Romæ*; nam finalis ſ ubiq; longa, *i* puncto superno caret: nullæ sunt diphthongi *æ* & *œ*.

2 Ad calcem exemplaris, quod vidi, quidam adscripsit, OPVS MENDOSVM TOTVM.

3 *Aurea Justini, Luciq; epitomata Flori*
Ære tibi modico, candide lector, eme.
Contrahit iste Titi numerosa volumina Livî:
Pompeii historias colligit ille Trogi.
Quàm bene conjuncti! namq; hic ubi desinit, ille
Incipit: atq; unum penè videtur opus.
Rite recognovit quos Justianus ad unguem
Romanus. Felix lector amice vale.

Florus. [1] fol°.

Sueton. de vitâ Cæsarum; parvo Romano charactere; Nullæ ciphræ, signaturæ, reclamantes. 4to.

Æmylius Probus; cum Petri Corneri, qui hunc impressoribus tradit, præfatione ad Theodorum Platum ducalem consiliarium. Romano parvo charactere. Absque ciphris & reclamantibus. Cum binis epistolis; alterâ Jacobi Becheti inclytæ reginæ Bonæ Mariæ Sabaudiensis gubernatoris olim & secretarii, in quâ Pomponii Attici vitam Theodoro Plato dono dat; alterâ Francisci Philelfi, per quam Jacobi Becheti sententiam confirmat, *Mediolani, ex ædibus nostris, IIII. Nonas Januarias*, datâ. [2] 8vo.

Luc. Fenestell. de Roman. magistratib. sinè ciphr. signat. reclam. 4to.

Idem de Roman. magistratibus; Albricus philosophus de imaginib. deorum: Romano charactere optimo; sinè ciphr. & reclam. sed cum signatur. 4to.

Modestus de re militari. De [3] magistratibus & sacerdotiis. Julius Solinus, de rebus memorabilibus. Sinè ciphr. signat. reclam. 8vo.

Flavii

1 Cum his ad calcem versibus;

Florus habet parvo numerosa volumina Livi.
Codice, in Italicâ maximus historiâ.
Nil latet hunc, valeat quod honore nitere Latino.
Vel peregrina petas scripta vel artis opus.
Indè fit, ut veteres scribendi miserit usus,
Atq; novo redeat præditus officio.
Nam quod centeno consumpta volumine sæcla
Viderat, in totidem nascitur usq; dies.

Charactere Romano, nitido, haud tamen satis nigro; sinè ciphris, signaturis, reclamantibus.

2 *Ad magnificum D. Theodorum Platum Petrus Cornerus.*

Quicquid in Actiaeo gesserunt littore reges;
Cecropiiq: duces bellica turba virûm;
Quicquid & Ismenius magno certamine ductor,
Quiq; suo totiens sanguine tinxit humum;
Quótq; ferus Latio Romani nominis hostis
Hannibal attulerit damna cruenta solo;
Hostiles acies Spartanus robore duro
Fuderit ut miles; castráq; victa manu.
Accipe, Pieridum decus ò luménq; salúsq;,
Accipe, doctorum spes Theodore virûm.
Æmylii historiam, Mæcenas, perlege docti:
Accipe, seu mavis jam, Theodore, legi:
Quam tuus impressit Petrus cognomine dictus
Cornerus, votis dedicat ipse tuis.
Te mihi Pisonem Messallámq; esse disertum
Duco. Vir doctis concelebrande viris. Vale.

Antonius Pelotus de Theodoro Plato liberalissimo Jureconsulto ac optimo patritio.

Quod Platus ingenti Theodorus possidet are,
Id totum sancta vovit amicitia.
Dignus ob ingenium pilios. [scr. Pylios] *qui vivat in annos;*
Dignus ab æternâ posteritate coli.

3 Nullo adscripto authoris nomine; sed idem est liber, qui vulgò Pomponio Læto attribuitur.

Flavii Vedati [1] Renati Epitoma de re militari. Charactere Gothico, & antiquitatis speciem præ se ferente. Nullæ ciphr. signat. reclam. fol°.

Trithemii Catalogus illustrium virorum Germaniam exornantium. 4to. Trithemii epistola data est *ex Spanhem sexto Idus Februarii. M. CCCC. XCI.*

Jacobi Bracelli Genuensis Hispani belli libri quinque. Typis Romanis nitidis, sinè ciphr. signat. reclam. 4to.

Gabrielis paueri fontanæ Placentini de vitâ & obitu Galeaz. Mariæ Sfortiæ Vicecomitis Mediolani ducis quinti ad Ill. Ludovicum Gonzagam Mantuæ Marchionem liber, versibus elegiacis. Character est pulcher, Romanus. Nullæ ciphr. signat. reclam. [2] 8vo.

Ludovici Bonacioli Ferrariensis medici illustris ad divam Lucretiam Borgiæ ducissam Enneas muliebris; cum Lucæ Ripæ Latinæ linguæ parentis ad lectorem decasticho. Charactere Romano; cum signaturis tantùm. fol°.

Æn. Sylv. de miseriis curialium; charactere Gothico antiquo; cum signaturis tantùm. 4to.

Cicer. Dialog. de Oratore. [3] fol°.

Ejusd. Orationes; pulcherrimo charactere. fol°.

Ejusd. Paradoxa. [4] 4to.

Ejusd. Academ. Quæst. de Legib. Offic. Senect. Amic. Parad. Finib. Tuscul. Quæst. Natur. deor. Divinat. Fat. Univers. Arat. phænom. fol°. sinè reclamantibus; sed cum ciphris (1, 2, 3, 4. &c. ad 144.) & signaturis.

Ejusd. de Legib. dialogus libri primi. Character est Romanus. Nullæ ciphr. signat. & reclam. fol°.

Ejusd. Epistol. ad Brut. Q. Fratr. & Attic. cum Attic. vit. per Corn. Ne. [5] fol°.

Quin-

1 Hoc *Vedati* nomen pro *Vegetio* non probat Stewechius in comment. ad Scriptor. de re militari.

2 Is Gabriel (nisi fallor) idem est, qui recognovit Ciceron. Topic. & Partit. edit. anno 1472.

3 Eodem prorsus (uti, quâ potui diligentiâ, attentissimè observavi) charactere, quo Lactantius in Sublacensi monasterio ann. 1465. excusus.

4 Eodem proximè charactere, quo Walter. Burley de vit. philosophor. per Arnold. Terh. ann. 1472.

5 Character non valde absimilis est illi, quo Cicer. de natur. deor. de divinat. de legib. &c. excudit Symon Papiensis Bivilaqua, anno 1496. Initio præfigitur *Bartholomæi Saliceti Bononiensis & Ludovici Regii Corneliensis ad Augustinum Maffeum* epistola. — Has epistolas *recognovimus; mendosissimúmq; codicem utpote indignum, qui sic inter lectissimos tuos numeraretur, quantum fieri tantis in tenebris potuit, castigationi subjecimus, recognitione etiam bis repetitâ* &c. *Qui exscripsit, ultro mendis iisse obviàm videtur. Nec satis est æstimare, majúsne illi fuerit Ciceronis scripta depravandi studium, an perdendi membranas. Quod facere solent librarii, quem vel minùs justa iis proposita est laboris merces; vel eorum segnior manus accusatur.*

Quintiliani Declamationes, charactere Romano, cum signaturis foliis. fol°.

Chirii consulti Fortunatiani Rhetoricorum libri tres, Dialectica, & computus; Dionysii Halycarnassei præcepta de oratione nuptiali ac nataliriâ, & epithalamiis, Latinè, Theodoro Gazâ interprete; Oratio nuptialis. [1] 4to.

Plinii epistolarum libri novem. [2] 4to.

Æsopi Vita & Fabulæ, Græcè. [3] 4to. aut potiùs 8vo.

accusatur. &c. *Et ut fateamur ingenuè, per quos profecerimus; Jacobo Cardinali Papiensi, Joanni Andreæque episcopo Alariensi, viris ætate nostrâ doctissimis ferre acceptum decet, quicquid lucis in his datur cernere.* &c. Ad calcem adduntur hæc;

Augustino Maphao Pomponius Latus. S.

Quæq; erat altiloqui Ciceronis epistola Bruto
Missa, aut ad Quinton, Attice sive tibi;
Fraude vel ætatis vitio corrupta jacebat:
Vixq; unâ poterat parte resumpta legi.
Providit postquam latia costadia [vox corrupta] *lingua,*
Volvendum tanto vindice surgit opus.
Vivent, Augustine, tui titulisq; larésq;
Qui facis arenti morte carere Titos.
Ecce tibi debent veteres, debemus & ipsi,
Sæcula quiq; feret posteriora nepos.

Idem.

Simpliciùs scripsi quàm rei dignitas requirebat. Existimavi enim qui legerint OEdipodas omnino non fore.

Ad Lectores.

Lector, ubi emerseris, quid Trierarcho imprecеris præter salutem non habes. Haveto.

Augustino Maphao Ludovicus Regius Corneliensis patrono bene merenti. S.

Non te præterit, unice ac studiosissime Romanarum rerum illustrator & vindex Augustine, quantum operæ, laboris, atq; industriæ superiore anno impenderimus, ut mendosissimum tuum codicem epistolarum ad T. P. Atticum —— tibi accuratissimè castigatum omniq; ex parte integrum redderemus. —— Itaq; sub tuo archetypo, circiter octingenta volumina Romani bibliopolæ te libente & cohortante imprimenda * *curârunt* &c. *Opera precium fore putavimus id inprimis curare, ut loci vel librariorum indiligentiâ vel temporum vitio passim depravati & corrupti, quique adeò essent paulò obscuriores, asteriscis in omnibus voluminibus notarentur minusculis; quo perspicatiora in iis enodandis ac rectiùs corrigendis ingenia se deinceps per ocium cum aliquâ voluptate valeant exercere; & quod nobis propter rei difficultatem ac fidelium quoque exemplarium inopiam prorsus facere non licuit, omnia candidiora & apertiora reddere.* &c.

1 *Franciscus Puteolanus Jacobo Antiquario salutem. Libros Chirii Fortunatiani —— studiosissimè, quantum sub unico exemplari fieri potuit, recognovimus, ut imprimerentur. De quo opere polliceri ausim nihil apud Græcos ac Latinos inveniri, quod eundem usum Scholasticis sit allaturum* &c. *Tantum tibi debeo, quantum numquam persolvere potero —— Olim quum Bononiæ naufragium meæ fortunæ omnes jam passuræ essent, subjectis humeris ab imminenti exitio subduxisti —— Mediolanum vocatum multis maximisque rebus ornâsti: tuâ suffragatione fratres mei immunitate donati: ego honestissimo salario profiteor certissimis ac honestissimis Sacerdotiis cumulatus* &c. *Hôc gravissimo bello, quo tota Italia laceratur, tuâ gratiâ servati sumus. Ego post gravissimam offensionem illustri Ludovico Sphortiæ tuâ operâ reconciliatus, & in numerum amicorum receptus sum* &c. Theodori Gazæ ad Luchinum de Medicis epistola Dionysii præceptis ab ipso Latinè versis præfixa datur Mantuæ Idibus Quintilis.

2 Character cum Terentii [in folo. sinè versuum distinctione; de quo inferiùs dicetur] charactere, ut puto, idem est; aut certè ad eum proximè accedens.

3 Eodem, quo Homerus Florent. 1488. charactere. Præfigitur Boni Accursii Pisani ad Johan. Franc. Turrianum epistola, cujus men-

* Notandum est has Bartholom. Saliceti & Ludovici Regii epistolas hìc recusas antea prodiisse, nempe in Cicer. epistol. ad Brut. Quint. Attic. editione Romanâ ann. 1490.

Æſopi Vita & Fabulæ, Latinè. [1] 4to. aut 8vo.

Æſopi fabulæ electiores, Græcè & Latinè; textu & verſione in eâdem paginâ ſibi ex adverſo invicem poſitis. [2] 4to. aut 8vo.

ΝΟΝΝΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΠΑΝΟΠΟΛΙΤΟΥ ΜΕΤΑΒΟΛΗ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΑΓΙΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ; cui adjicitur Σικιτίωνος Καρτερομάχȣ Hexaſtichum Græcum; cum ſignaturis. [*aa* quatern. *κκ* duern.] 4to.

Theocriti Idyllia; Heſiodi Opera & Dies, Græcè; [eodem, niſi fallor, charactere, quo Orpheus Florentiæ. 1500.] fol.

ΣΧΟΛΙΑ

mentionem feci in Annal. Typograph. Tom. I. p. 262. not. b. ubi ex conjecturâ huic editioni annum 1480. aſſignaveram, cùm eam integram nondum vidiſſem: ejus exemplar integrum mecum communicavit *Jacobus Joye* armiger, vir rei literariæ ſtudioſiſſimus cultor, mihíque amiciſſimus; eámque comperio anni, typographi urbíſque indicio deſtitutam. Fabulas complectitur CXLVII. eodem ordine, quo alia Æſopi editio Græca [apud Bartholom. Peluſ. &c. ſinè anno, de quâ priùs] ſed hæc continet CXLVIII, quarum ultima [περὶ ὄνȣ καὶ δορᾶς λέοντος] in aliâ deſideratur. Latinam, quam Boni Accurſii epiſtola promittit, interpretationem mox proferam.

1 In hâc editione habentur ſignaturæ tantùm [ai, aii, aiii, aiiii &c. usque ad gi, gii, giii, giiii] quaternionum; in præcedente Græcâ nullæ. Latinæ hujus editionis titulus ſic ſe habet; *Vita Æſopi fabulatoris clariſſimi e græco latina per Rynucium facta ad Reverendiſſimum Patrem Dominum Antonium tituli Sancti Chryſogoni Presbyterum Cardinalem. Et primo prohoemium. Novas nimirum merces Reverendiſſime Pater ſed haud ignava opum pondera nuper e græcia in latinum convexi: vitam ſcilicet Æſopi fabulatoris clariſſimi ac ejus fabulas quotquot ad manus meas usque pervenerunt.* &c. Ad calcem; *Totius operis anacephaleoſis. Habes vitam pariter & fabulas Æſopi fabulatoris eximii Reverendiſſime pater per me nuper verbis latinis * intuſiatas. Non tamen omnes ſed quotquot ad manus meas usque pervenerunt: quanquam arbitror præter has ſiqua reperiuntur: eſſe perpaucas. quod vero longe plures Æſopus conſcerit: hinc vel maxime conjectari licet. Nam in deſcribendo fabulas cum ſequatur ordinem Alphabeti, in his multæ deficiunt † litteræ: atque in aliis pleriſque litteris perſpicue apparet ‡ plenum fabularum numerum non eſſe: quæ ſive negligentia Scriptorum ſive varietate temporum ſive ipſa vetuſtate obliterata ſint ad ſæcula noſtra non pervenerunt. quæ tamen habentur — tuo in nomine feci latinas.* &c. *Finis. Vita Æſopi per Rynucium thettalum traducta. Verum quoniam ab eo nonnulla fuerunt prætermiſſa: fortaſſis quia Græcus ejus codex eſſet minus emendatus: Ego Bonus Accurſius Piſanus: eadem in ea omnia correxi: & emendavi.* Hanc Latinam fabularum Æſopicarum editionem ad prælum revocaverunt Joannes Frobenius ann. 1526. & Robertus Stephanus ann. 1545. in 8vo. Lector ſtudioſus poterit per otium, variis Æſopi editionibus tam Latinis quàm Græcis inter ſe collatis, quæ fabulæ in aliis omittantur, quæ in aliis addantur, obſervare.

2 Ad calcem; *Bonus Accurſius Piſanus impreſſit; qui non doctorum hominum ſed rudium ac puerorum gratia hunc laborem ſuſcepit.* Dubito, an vox *impreſſit* hìc non ſignificet idem, ac *imprimendum curavit*: non enim aliunde ſcio Accurſium fuiſſe typographum. Hujus editionis typi iidem ſunt, qui in modò dictâ fabularum editione Græcâ uſurpantur. Huic Græco-Latinæ editioni præfigitur Boni Accurſii præfatio, uti & Rheginenſi [de quâ lege Annal. Typograph. Tom. I. pag. 346. & 256. lin. 5.] Rheginenſis editio, quæ (ut puto) poſterior eſt, hanc per omnia repræſentat; & utriusque tam lineæ quàm paginæ ſibi mutuò reſpondent.

* De vocibus *intuſium* & *intuſiatus*, lege Varr. lib. 4. de Ling. Latin. & Plaut. Epidic. Act. 2. Sc. 2. v. 45. Et in hæc loca conſule commentatores.

† Non tamen ita multæ in his Latinis fabulis deficiunt literæ; paucæ ſanè mihi omitti videntur aut nullæ præter τ, υ, ω.

‡ Exempli gratiâ; ſub literâ A. deſunt Ἀιγοβοσκὸς, Ἀιθίοψ, Ἀλκύων &c.

ΣΧΟΛΙΑ ΠΑΛΑΙΑ ΤΩΝ ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ ΥΜΝΩΝ. 1 4to.

Virgilii opera & opuscula cum Priapeiis; cum ſignaturis tantùm. fol°.

Terentii Comœdiæ. 2 fol°.

Ejusd. eædem, cum comment. Donat. & Calphurn. fol°.

Donati Comment. in Terentium. [Vide Annal. Typograph. Tom. I. pag. 382. not. h.] 3 fol°.

Horatii opera omnia; *ad calcem*, Quinti Horatii Flacci Venuſini ſatyrarum non indiligenter correctarum & impreſſarum finis. 4 fol°.

Horat. Od. Epod. & Poetria, cum commentar. Acronis & Porphyrionis. 5 fol°.

Luca-

1 Horum character minusculus refert characterem Scholiorum in Apollon. Argon. ann. 1496. [de quibus lege Annal. Typogr. Tom. I. pag. 268.] Voces autem Græci Textûs in Scholiis inſertæ minusculis exprimuntur. *A ternio. B duernio.*

2 Sinè verſuum distinctione; absque ciphris, ſignaturis, reclamantibus; Romano charactere, lineis aliquando inæqualibus. Ad calcem; *Comedia ſexta & ultima per Angelum Sabinum poe. laur. limatior facta finit feliciter.* Dein Registrum Quaternionum; ubi prima vocabula ſingulorum quatuor in ſingulis quaternionibus foliorum duodecim (tot enim ſunt quaterniones) lineis exhibentur.

3 Vidi hujus editionis exemplar, in quo hæc leguntur;

Raphael Zouenzonius tergestinus poeta Vindelino Spirenſi ſuo ſal.

Qui cupit obſtruſam frugem gustaſſe Terenti
Donatum quærat noscere grammaticum.
Quem Vindelinus ſignis impreſſit ahenis
Vir bonus & claro præditus ingenio.

4 Hujus Horatianæ editionis character ſatìs accedit ad characterem, quo Catull. Tibull. Propert. & Stat. Sylv. excuduntur Venetiis 1475. apud Joan. de Colon. & Joan. Manth. de Gher. Hujus Horatii editiones vidi duas, adeò ſimiles, ut qui non contulerit attentè, unam facilè putaverit. In alterâ Epistolæ, in alterâ Satyræ librum claudunt. Illa eſt hâc longè correctior.

5 Charactere antiquo, at nitido; ſinè ciphris, ſignaturis, reclamantibus. Litera [i] puncto ſuperno ubique caret. Initio duæ præmittuntur epistolæ. *Joannes Aloiſius tuscanus advocatus conſiſtorianus Francisco Helio Parthenopeio ſalutem. Erunt, qui inventum hoc nostrum lenocinii reum dicant, Heli, quod Odis & Epodis ac Poeſi Acronem & Porphyrionem commisceri curaverit.* &c. *Nec deerunt, qui arguant hanc rerum mixturam operi relligionem ac majeſtatem detrahere: doctrinam, ſalem ac candorem Flacci inducta circumſcriptione deturpare* &c. * *Separatim hæc imprimi utilius & commodius fuiſſe, magisque ad dignitatem ſingulos collaturos quam conjunctos.* &c. *Sed jam abſolutum eſt opus* &c. *Novit ille qui nihil ignorat, Deus Opt. Max.* — *quia omne hoc communis boni & utilitatis publicæ gratia factitatum eſt. Teſtis es tu, qui una cum Sabino noſtro in corrigendis redigendisque his voluminibus impenſam operam navaſti.* &c. *Oblata eſt nobis in hac felicitate temporum oportuniſſima occaſio, ut habeamus impreſſores, qui celerius quadringenta volumina imprimunt quam ſcriptores unum exſcribant.* &c. &c. *Franciscus Marchiſius Ælius* † *Parthenopeus dño Joanni Aloiſio Tuscano amico lepidiſſimo poeta dulciſſimo oratorique pariter & jurisconſulto clariſſimo S. D.* —— *Nemo tam iniquus erit judex aut tam ineptus rerum exiſtimator, qui noſtram hanc induſtriam ex animi ſententia damnet, quorum opera factum ſit, ut libri* ‡ *omnes Horatii*

* Videtur mihi hæc editio fuiſſe prima, in quâ authoris textui grammaticorum Scholia admixta fuerint.

† Idem, qui ſuprà *Helius*.

‡ Per vocem *omnes* innui videretur, non tantùm Odas, Epodos & Poetriam (utì vocatur hìc liber de arte poetica) ſed & Satyras Epistoláſque fuiſſe impreſſas; ſed hìc de libris Horatii, quos Acro & Porphyrio Scholiis illustraverunt, agitur.

Lucanus; Romano charactere; sinè ciphr. signatur. reclam. fol°.

Statii Thebaïs & Achilleïs. fol°.

Placidi Lactantii interpretatio in duodecim libros Thebaïdos; cum dodecasticho Bonini Mombritii Mediolanensis carmine ad lectorem præfatorio. fol°.

Juvenalis & Persius. [1] fol°.

Martialis epigrammata; sinè ciphr. signatur. reclamant. Character est Romanus, minutus & nitidus; paginam primam occupat Registrum. fol°.

Ejusd. eadem; eodem charactere, quo Joannes de Westfaliâ usus est. 4to.

Sidonii Apollinaris opera; charactere Gothico. fol°.

Claudiani tragœdiæ duæ &c. [de quibus consule Annal. Typograph. Tom. I. pag. 383. not. e.] [2] fol°.

Macer de viribus herbarum. 4to.

Quinti Sereni Samonici liber; cum Sulpitii Verulani tetrasticho. 4to.

Varronis libri de ling. Latin. & analog. [3] fol°.

Non. Marcell. [4] fol°.

Κωνςαντίνȣ Λασκάρεως τȣ̃ Βιζαντίȣ προοίμιον τȣ̃ περὶ ὀνόματος καὶ ῥήματος τρίτ. βιβλ. ἔτει [5] *αυξς. τέλος.* 4to.

Johannis Crastoni Placentini Carmelitani Lexicon Græco-Latinum; cum epistolâ Boni Accursii Pisani ad Johannem Franciscum Turrianum ducalem quæstorem; & [ad calcem] fratris Johannis Carmelitani ad magistrum Franciscum Ferrarium. [6] fol°.

Isidori

ratii vatis prope Latinorum omnium, Maronem semper excipio, gravissimi atque doctissimi, ejus preterea interpretes Acro & Porphirio grammatici haudquaquam ignobiles una imprimerentur. &c. *Sed hoc mihi molestum fuit, quod in his Horatii libris, qui te maxime hortante impressi sunt, non eam, quam vehementer optassem, emendationis exhibere diligentiam potui: at certe quantum in me fuit, & curam & studium adhibui. Sed Acronis exemplaria, ut scis, defuere. Unum habuimus, nec id quidem satis emendatum* &c.

1 Nullæ sunt ciphræ, signaturæ, reclamantes. Character refert Zarothi characterem. Diphthongi æ vicem præstat figura ę.

2 Eodem impressæ sunt charactere, quo Valer. Maxim. Moguntiæ per Schoeffer. 1471. Eodem quoque charactere excusum vidi Virgilium in folo. sine typographi, loci, aut anni mentione.

3 *Angelus Tifernas Alexandro Justino S. D. — libellos de linguâ Latinâ Saculorum vitio depravatos tum nostrâ tum aliorum curâ pro parte emendatos curavi* &c.

4 *Pomponius Gaspari Blondo salutem: Rogavit me Georgius Laur. de Herbipoli fidelissimus librorum impressor, ut Nonii Marcelli opus percurrerem, atque si fieri posset, corrigerem* &c. *Auxiliante Volsco & nostris etiam amicis opem ferentibus multa in eo depravata correximus.* &c. De illo Georgio lege Annal. Typograph. Tom. I. pag. 95. 107.

5 Id est, 1466. qui annus est non impressionis, sed editionis; & in Aldinis exemplaribus retinetur.

6 Eâdem characterum formâ, quâ Homer. Florent. 1488.

Isidori Etymologiæ; Rabani Mauri de rerum naturis & verborum proprietatibus libri viginti duo. [1] fol°.

Laur. Vall. de Elegant. Lat. Sermonis; charactere Gothico. [2] fol°.

Servii Honorati vocabula brevi compendio cum auctoritatibus ipsis ipsius Virgilii utilissima pro pueris ad disputandum; sinè ciphr. signatur. reclam. 4to.

De proprietatibus rerum fratris Bartholomæi anglici de ordine minorum libri novendecim; charactere antiquo, spisso; duabus columnis; sinè ciphr. signatur. reclam. [3] fol°.

Jo. Sulpit. Verulan. de scansione versuum &c. Serv. Centimetr. & Priscian. de Accent. 8vo.

Naturæ Verborum; Gothico charactere; cum signaturis tantùm. [4] 4to.

Il libro di Madonna Fiammetta; cum signaturis tantùm. fol°.

4

[L] Le N. T. en Francois vu & corrigé par fr. Julien Macho & Pierre Farget de l'ordre de S. Augustin: *par Bart. Buier.* fol. Lion.

[L] La Translation en Francois du Postille sur le livre des Pseaumes composé par Nic. de Lyre: *par Pierre le Rouge.* (cum Prologo ad Carol. VIII.) fol°. Paris.

[AM] An Exposition on the Lord's praier, beleefe, commandements, 7 Sacraments, 7 vertues, 7 deadly sinnes; item the general sentence (or sentence of cursing) *Modus fulminandi sententiam*; the beades on Sonday: *printed by W. Caxton.* * fol°. at Westminster.

Psalterium, ex Latinâ versione in linguam Castellanam; cui subjunguntur Litaniæ Sanctorum, in quibus nomina SS. Francisci & Dominici: *Editio vetus, sinè loco & anno editionis & nomine typographi; ut videtur, ante annum* 1500; *charactere Gothico paulò rudiore, minùs polito, quàm ille, quo* Breviarium Mosarabum *ann.* 1500. *Toleti exaratum est; nullæ capitales; paginæ non suprà, ut vulgò fit, sed infrà, numero signantur; omissis quaternionum signaturis.* † 4to.

[AM] John

1 Editio antiqua, & (ut opinor) primitiva, sinè ciphr. signatur. reclam.

2 Epistola, quæ præfigitur, data est ann. 1476.

3 Robertus Baleus in cent. 6. XV. hunc vocat Bartholomæum Glannovillanum; & numerat libros tantùm octodecim. Lege Joan. Leland. de Scriptor. cap. 348.

4 Præfiguntur Scuta Franciæ & urbis Parisiensis, cum his gnomis, *VNG DIEV VNG ROY VNGNE LOY VNGNE FOY.*

* This booke beginneth thus; *The maister of Sentence in the 2. booke and 1. distinct. saith, that the cause, why God made all creatures in heaven, earth or water, was his owne goodnes* &c.

† PM. ex le Long. Biblioth. Sacr. p. 362.

[AM] John Lidgate monke of Bury of the life of our Ladie written in verse: *printed by William Caxton.* fol°.

[AM] The Mirrour of the blessed life of Jesu Christ, written in Latine by the worshipfull doctor Bonaventure, translated into English 1410. and brought to the reverend father Tho. Arundel Archbp. of Caunterbury, who commanding and allowing the same, was afterwards *printed by William Caxton;* and since *reprinted by Richard Pinson* in fol°.

Tractatus de Professione Monachorum, editus à R. P. Fratre Guillelmo de Peraldo, Ord. Præd. *apud Joh. Parv.* * 8vo. Gothic.

Hildebrandi Goffredi, Frisii, collectio Statutorum Episcoporum Ultrajectinorum, cum Appendicibus suis. **

[CA] De modo legendi abbreviaturas in utroque jure; & Ordo judiciarius Panormit. *per Joannem de Westphalia.* Lovan.

[TH. p. 545.] Johannis Scoti in IV. Sententiarum opus preclarissimum &c. recognovit Thomas Anglicus: *impress. ductu Jo. Colonie* &c. fol°. Venet.

[SP] Petri de Aquila Comment. in IV. lib. Sententiarum; & ad libri finem; *Hunc studiose tibi gaudet cudisse libellum*
Spirensis civis Drach Petrus arte sua. 4to.

[TH. p. 545.] Higden's Polychronicon; *printed by William Caxton:* who having *chaunged certayne wordes, which in these dayes be neither usyd ne understanden* (lib. sept. p. CCCLXXXX.) added the last book of his own composure, till the year 1460. fol°.

[Biblioth. Simler. PM. ex Gesn. Epit. p. 391.] Iludolphi de Suchem (*vel potiùs* Ludolphi Suchensis ecclesiæ seu parochus seu rector) liber ad Balduinum Padebornensis ecclesiæ episcopum de Terrâ Sanctâ, & suâ ad Hierosolymitanos profectione, in quo omnia, quæ per quinquennium in Palæstinâ vidit, & experientiâ didicit, enumerat: *liber impressus literâ antiquissimâ, absque operis titulo ac typographi nomine.*

[L] Le Roman des trois pelerinages, fait par Guillaume de Guilleville moine de † Chaliz: *chez Jehan Petit.* 4to. Paris.

[PM. pris sur le livre même] Le livre des persecutions des Chrestiens, de messire Boniface Simoñet, abbé du Moustier de Corne, translaté de Latin en Francois par ‡ Octavien de St. Gelais, evesque d'Angoulesme, par le commandement du Roi Charles VIII: *chez Antoine Gerard.* 4to. Paris.

La

* PM. ex Script. Ord. Præd. Tom. I. p. 134. c'est une exposition de la Regle de St. Benoist.

** PM. ex Suffr. Petri de Script. Frisiæ, Dec. X. p. 127.

† Consule la Croix du Maine p. 148. qui scribit hunc librum ab Antonio Verard excusum fuisse Parisiis ann. 1501.

‡ Lege Biblioth. Croix du Maine p. 364. & Verdier. p. 928. ubi lego — *Il a mis en rime Françoise les XXI. Epistres d'Ovide: impr. à Paris in 4to. par Antoine Verard.*

La Chronique ou Histoire faite par le Reverend Pere en Dieu Turpin, Archevesque de Rheims, l'un des Pairs de France, contenant les prouesses de Charle-Magne, & de son neveu Rolland, traduite du Latin en Francois, par Robert Gaguin, par ordre du Roy Charles VIII. † 4to. Gothic. Paris.

Pauli Æmilii Veronensis, Canon. Eccl. Parisiensis, de Rebus Gestis Francorum ad ann. 1110. libri IV. * folo. Paris.

Ejusd. de iisdem Rebus ad ann. 1223. libri VI: *apud Badium.* ** circa ann. 1500. folo. Paris.

[PM. pris sur le livre même.] Le Songe du Vergier, qui parle de la disputation du Clerc & du Chevalier; *& ad calcem*, A lonneur & a la louëge de nostre Seigneur Jesu Christ & de sa tres digne mere, & de toutte la cour celestielle de Paradis a esté faict cettuy livre appelle le Songe du Vergier, qui parle de la disputation du Clerc & du Chevalier: *& imprimé par le petit Laurens, pour venerable homme Jehan Petit libraire demourant en la rue St. Jacques au Lyon d'Argent.* in folo. a Paris.

[S] Cicer. Offic. Parad. Senect. Somn. & de essent. Mundi; cum septem sapientum epitaphiis: *peroptimè emendati ductu ac impensis Jacobi Lunensis de Fivizano; in domo magistri Marci de Comitibus.* fol. (Orlandi. p. 28. anno 1477.) Venetiis.

[S] Cicer. Epistol. Familiar. editio pulcherrima. folo. Mediol.

[S] Plinii Panegyricus, Francisco Puteolano corrigente. 4to. editio nitida.

[S] Plin. de præclaris gestis Romanorum. 4to. elegans editio.

[S] Ovid. de arte amandi, remedio amoris; in Ibin; de nuce, Fastis, Tristibus, Ponto, pulice, philomela. fol. Charactere pulcherrimo.

[S] Ovid. Epistol. Eleg. de remed. amoris, medicam. faciei, nuce, tristibus, Ponto, pulice, philomelâ; in Ibin; Fasti; Epistol. ad Liviam: *per Anton. Zarotum.* fol. Mediolani.

[Martin. Anton. Delrio in suâ Senecæ editione] Senecæ Tragoediarum editio vetus Herbipolensis, earum quas vidi optima, & ut arbitror emendatissima, fortè & ‡ prima; cui non additur annus impressionis, sed in calce hoc epigramma:

Clauditur iste liber Senecæ, repetendus in omne
Ævum; hunc ardenti pectore, lector, ama.
Presserat Herbipolis Martinus in urbe decenter
Lipzec: hoc munus, candide lector, ama. 4to. Lips.

[S] Fest.

† PM. ex Long, Bibl. Hist. Fr. p. 325. n. 6671.

*. ** PM. ex le Long, Bibl. Hist. Fr. n. 7459. Catal. Faultrier. p. 391.

‡ Clariss. Fabricius in Bibl. Lat. lib. 2. cap. 9. meminit hujus editionis, quam notat prodiisse *in 4o. apud Martinum Herbipolim cum hôc Jacobi Baryni tetrasticho: at falli*

[S] Fest. Pompeius; nitido charactere. folo.
[Menagian. Tom. 3. p. 245. ex Biblioth. Mazarin.] Perjucundus (juvenum quoque mirum in modum demulcens animos) libellus, quem *nugarum Maximiani immitis, Alexander intitulat: *impressus Parisii opera exactissimaque diligentia Stephani Johannot & Petri le Dru artium magistrorum & vigilantissimorum impressorum; Hunc si parvo nummismate comparare cupis, venalem in vico sancti Jacobi reperies in domo quadam ante Mathurinos sita juxta carnificem sanissimas (humano pro corpore) carnes vendentem.* 4to. Paris.

f

[136] Domenico Cavalca Pisano dell'ordine dei Predicatori la Disciplina degli Spirituali. 4to. Firenz.
[82] Ruperti Summa Rudium: *per Jo. Othmar.* †. Reutling.
[90] Jacobi Fabri Stapulensis Ars Moralis: *per Guidonem Mercatorem pro Dionysio Roce.* 4to. Paris.
[116] Jo. Andreæ seu Andreæ Siculi J. U. D. Repetitiones super C. Raynaldus de Test. fol. Bonon.
[153] Jacobus de Forlivio super libris Galeni: *per Jo. Herbort.* fol. . . . .
[155.] Æneæ Sylvii Historia de duobus amantibus ad Gasparum Slich militem. 4to. characteribus Joannis de Westphaliâ; licet sine typographi & loci nomine. . . . .
